Dñica prima aduētus dñi Sermo primus beati bernardi abbat̄ de sex circūstancijs aduētus dñi.

Hodie frēs aduētus initiū celebramꝰ: cuius vtiqꝫ sicut et ceterarū solēpnitatum nomē quidē celebre satis ⁊ notū est mūdo: ſꝫ ratio nois forte nō ita. Infelices enī filij adā omissis veris ⁊ salutaribꝰ studijs: caduca potiꝰ ⁊ trāsitoria q̄runt. Quibꝰ enī assimilabimꝰ hoīes generatiōis huiꝰ. aut quibꝰ cōparabimꝰ illos: quos videmꝰ a terrenis ⁊ tp̄alibꝰ ꝯsolationibꝰ auelli separiqꝫ nō posse? Profecto silēs sūt hijs q̄ submersi ꝑiclitātur in aquis. Nimirū videas eos tenētes tenere. nec vlla rōne deserere qđ primū occurrerit manibꝰ quicq̄d sit illud: licet sit aliquid vile qđ ꝓdesse oīno nō possit: vt sunt radices herbarum ceteraqꝫ silia. Nam ⁊ si qui ad eos forte veniāt vt subueniāt. nōnūq̄ solent apprehēsos īuoluere secū: adeo vt iā nec sibi. nec illis opē ferre p̄ualeāt. Sic pereūt ī hoc mari magno ⁊ spacioso: sic pereūt miseri dū ꝑitura sectātes. omittūt solida: q̄bꝰ apprehēsis emergere ⁊ saluare possēt aīas suas. Neqꝫ enī de vanitate ſꝫ de veritate dicit̄: ꝯgnoscetis eā ⁊ liberabit vos// Vos āt frēs quibꝰ tanq̄ puul̄ reuelat deꝰ q̄ abscōdita sūt a sapientibꝰ ⁊ prudētibꝰ: circa ea q̄ vere salutaria sūt sedula cogitatione versamini: diligent̄ pensate rōnem huiꝰ aduētꝰ: querētes nimirū q̄s sit qui veniat: vñ/quo/ad quid/ qn̄/et qua. Laudabil̄ sn̄ dubio ista curiositas ē. ⁊ salubris. Neqꝫ enī tā deuote eccia vniu̇sa p̄nte celebraret aduentū: nisi lateret in eo magnū aliquod sacramētū// Primū ergo cū aplō stupente ⁊ ammirāte intuemini et vos quātus sit iste q̄ ingredit̄. Ipse ē enī scđm gabrielis testimoniū altissimi filiꝰ: ac proin coaltissimꝰ ipē. Neqꝫ enī phas est dei filiū degenerē suspicari: ſꝫ equal̄ fateri nēce est altitudīs ⁊ eius dē penitꝰ dignitat̄. Nā ⁊ principū filios p̄ncipes: ⁊ filios regū reges esse quis nesciat? Verūptn̄ qđ sibi vult q̄ e tribꝰ ꝑsonis q̄s in sūma trinitate credimꝰ. ꝯfitemur ⁊ adoramꝰ. non pr̄ non spūs aduenit ſꝫ filiꝰ? Minime quidē ego id factū esse arbitror sn̄ causa. Sꝫ quis cognouit sensū dn̄i: aut q̄s ꝯsiliariꝰ eius fuit? Neqꝫ enī sn̄ altissimo trinitatis ꝯsilio factū ē: vt filiꝰ adueniret. ⁊ si ꝯsideramꝰ exilij nr̄i causā: fortassis aduertere possumꝰ vel ex ꝑte q̄ congruū fuerit a filio nos maxīe liberari/ Lucifer enī ille q̄ mane oriebatur. pro eo q̄ altissimi similitudinē vsurpare temptauit ⁊ rapinā arbitratꝰ est esse se equalē deo. qđ vtiqꝫ filij ē: p̄cipitatus ilico corruit: qm̄ zelauit p filio pr̄: ⁊ ope dixisse videtur. michi vindictā ⁊ ego retribuā. Cōtinuo videbis sathanā tanq̄ fulgur de celo cadentē. Quid tu supbis terra et cinis? Si superbiētibꝰ āgelis deꝰ nō pepcit: quāto magis tibi putredo et

Bibliothecæ Dusselanæ Vallis 1741. emptus 40. Stuferis.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Ʋmis? Nichil ille fecit. nichil operatus eſt: tantū cogitauit ſupbiā? ⁊ in mome̅to ī ictu oculi irrepabiliter p̄cipitatus eſt: quia iuxta apoſtolū in veritate non ſtetit. Fugite ſupbiam frēs mei: queſo multū fugite initiū omis peccati ſupbiam: que tā velociter ipm̄ quoqꝫ ſyderibꝰ cūctis clarius micante̅ eterna caligine obtenebrauit luciferū: que nō modo angelū. ſed angeloꝝ primū in dyabolū cōmutauit. Unde ⁊ protinꝰ inuide̅s homi quā cōceꝑat in ſemetipō in eo peperit iniquitate̅: ſuadens vt lignū vetitū guſtans. fieret ſicut deꝰ ſcie̅s bonū et malum. Quid enī polliceris/quid ꝓmittis miser. cū filius altiſſimi ſcientie claue̅ habeat? ꝑmo et ipe̅ ſit clauis. clauis vtiqꝫ dauid. qui claudit ⁊ nemo apit? In eo ſūt oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie abſcōditi Tu ne eos vt hoi p̄ſtes iniq̄ ſurabaris? Videte qꝫ vere iux̄ dn̄i ſn̄iaꝫ me̅dax iſte eſt: ⁊ pr̄ eiꝰ Nā ⁊ mendax fuit dice̅s. ſimilis ero altiſſio? et me̅dacij pr̄: cū in hoīe quoqꝫ venenatū ſue falſitatꝭ ſeminariū fudit dicens/eritis ſicut dij Tu q̊ꝫ hō ſi vides fure̅ curris cū eo ¶ Aduertiſtis frēs ꝙ ī hac nocte lectum eſt in yſaya dicēte dn̄o. Pricipes tui īfideles: vel vt alia trāſlatio hēt inobedie̅tes: ſocij furū Reuera eī p̄ncipes nr̄i adam ⁊ eua. p̄ncipia nr̄e ꝓpaginis iobedie̅tes et ſocij furū: dū qd̄ filij dei eſt. ſerpentis ymmo dyaboli per ſerpente̅ ꝯſilio ſubripere temptant. Nec diſſimulat iniuriam filij pater. Pater enī diligit filiū: ſꝫ cōtinuo et in ipſū homine̅ vindictam retribuit: ⁊ aggrauat ſuꝑ nos manum ſuam Om̄s enim in adā peccauimꝰ: et ī eo ſn̄iam dānatiōis accepimꝰ oēs Quid ergo agat filꝰ videns ꝓ ſe zelare prēꝫ? ⁊ nulli penitus parce creature? Ergo inq̄t occaſiōe mei creatura̅s ſuas pr̄ amittit? Altitudine̅ meā p̄mꝰ āgelꝰ affectauit. et ꝓplū q̄ ſibi crederet habuit? ſꝫ cōtinuo pr̄ meꝰ ḡuiter vidicauit in illū: percutiens eū pariter cū oībꝰ ſuis plaga icurabili/caſtigatiōe crudeli Sedam q̊ꝫ q̄ nichilominꝰ mea eſt ſbripe voluit hō: ⁊ ne illi quide̅ miſertꝰ eſt: nec pepcit oculꝰ eiꝰ Nū quid de bobꝰ cura eſt deo? ¶ Duas tn̄ fecit nobiles creatura̅s roniis pticipes. capaces btitudinis āgelū videlicꝫ atqꝫ hoīeꝫ: ſꝫ ꝓpt̄ me pdidit āgelos multos/hoīes vniu̅ſos Ergo vt ſciāt qꝫ ⁊ ego diligo prēꝫ ꝑ me recipiat q̊s q̊dāmō ꝓpt̄ me amiſiſſe vide̅. Si ꝓpt̄ me te̅peſtas hec orta eſt ait ionas: tollite me et mittite ī mare Oēs michi inuide̅t: vado ⁊ tale̅ eis exhibebo memetipſum: vt quiſquis īuidere voluerit. quiſquis geſtierit imitari: fiat ei emulatio iſta in bonū. Nouit tamen in affectū malicie ⁊ nequitie angelos trāſiſſe deſertores: nec ex ignorantia aliqua ſeu īfirmitate peccaſſe: ideoqꝫ perire neceſſe eſt. penitere nole̅tes Patris enī amor et honor regis iudiciū diligit. Propter hoc enim ⁊ ipſe creauit hoīes ab īitio: vt repleantur ex hijs loca vacua et ruine iheruſalem reſtaurentur. Sciebat enim nullam angelis viam patere redeundi. Nempe nouit

ſuꝑbiam moab ꝙ ſuꝑbꝰ eſt valde:
⁊ ſuꝑbia eiꝰ remediū pn̄ie non ad
mittit: ac ꝑ hoc nec veniā Atuero
hoīs vice nullā poſtea cōdidit crea
turā: innuēs ex hocipſo redimēdū
adhuc hoīeꝫ · q̄ppe quē ſupplātauit
aliena malicia: ideoꝫ ꝓdeſſe ei pt̄
caritas aliena Itaꝫ dn̄e obſecro
ꝯplaceat tibi vt eruas me: qm̄ ego
infirmꝰ ſū: qm̄ de terra mea furtim
ſublatꝰ ſū · ⁊ hic innocēs ī lacū miſ
ſus ſum · Nō penitꝰ quidē innocēs:
ſꝫ q̄ntū ad eū q̇ me ſeduxit · īnocēs
aliquatenꝰ · Mēdaciū michi ꝑſuaſū
eſt dn̄e · veniat veritas vt poſſit fal
ſitas dep̄hendi: ⁊ cognoſcā verita
te · et veritas liberabit me: ſi tn̄ dep̄
hēſe falſitati penitꝰ abrenūciauero ·
⁊ cognite adheſero veritati Alioq̄n
nō humana erit temptatio · nec hu
manū peccatū: ſꝫ obſtinatio dyabo
lica Nēpe ꝑſeuerare ī malo dyabo
licū eſt: ⁊ digni ſunt ꝑire cū illo · q̄
cūqꝫ in ſimilitudine eiꝰ ꝑmanēt in
pcc̄o // Ecce audiſtis fr̄es q̄s ſit
q̄ veniat: ꝯſiderate iā vn̄ veniat · ⁊
quo Venit vtiqꝫ de corde dei p̄ris ·
ī vterū virginis mr̄is: venit a ſum
mo celo in inferiores partes terre ·
Quid ergo? Nōne ⁊ nob̄ in terra
eſt ꝯuerſādū? Eſt · ſi tn̄ in ea perſi
tit ille Vbi enī bene erit ſine illo?
aut vbi male eſſe poterit cum illo?
Quid michi ē in celo? ⁊ a te q̄d vo
lui ſuꝑ terram? Deꝰ cordis mei ⁊
pars mea deꝰ in eternū Nā ⁊ ſi ā
bulauero ī medio vmbre mortis:
nō timebo mala qm̄ tu mecum es ·
Nūc autē vt video et ad terras et
ad ipſū quoqꝫ deſcēdis infernū? nō
tanq̄ vinctus · ſꝫ tanq̄ inter mortu
os liber: ſicut lux q̄ in tenebris lu
cet · et tenebre eā nō cōprehēderūt
Vn̄ nec relinq̄tur aīa in inferno:
nec ſāctū corpꝰ eius in terra vidit
corruptionē Xp̄us enī q̄ deſcendit
ipſe eſt qui aſcēdit · vt adimpleret
oīa: de quo ſcriptū eſt: q̄ ꝑtrāſijt
bn̄faciēdo et ſanādo oēs oppreſſos
a dyabolo Et alibi Exultauit vt
gygas ad currendā viam: a ſūmo
celo egreſſio eiꝰ: ⁊ occurſus eiꝰ vſ
qꝫ ad ſūmū eius Merito ꝓinde cla
mat aplūs dicēs Que ſurſum ſūt
querite: vbi xp̄s eſt in dextera dei
ſedēs Incaſſū enī laboraret erigere
corda nr̄a: niſi collocatū in celis ſa
lutꝭ nr̄e doceret auctorē // Sed
videamꝰ iam que ſequūtur: nā ⁊
ſi materia quidē copioſa inueniť ⁊
vberrima valde: ſed anguſtie tp̄is
tantam ſermonis lōgitudinē non
admittūt // Cōſiderantibꝰ igitur
quis veniat: magna ōnino ⁊ inef
fabilis maieſtas innotuit // Duſ
piciētibus vnde veniat · grandis
plane patuit via: ſcd̄m eius teſtio
nium qui ꝓphetico preuentus ſpi
ritu · ecce inquit nomen domini ve
nit de longinquo · // Porro quo
veniat intuentibus · apparuit ineſti
mabilis dignatio et penitus inex
cogitabilis: ꝙ in carceris huiꝰ hor
rorē fetorēqꝫ tāta deſcēdere digna
ta ē celſitudo // Iam q̄s dubitet
magnū in cauſa aliquid fuiſſe? vt
maieſtas tanta de tā lōginquo in
locum tam indignū deſcēdere dig
naretur? Plane magnū aliq̄d: qꝛ
mia magna: qꝛ miſeratio multa:

qꝛ caritas copioſa. Ad q̄d enī veniſſe credēdꝰ eſt? Hoc nāqꝫ eſt qđ iuxta ꝓpoſitū ordinē oporteat iā ꝑſcrutari. nec ſane laborādū eſt nobis in hac ꝑte: cū maīfeſte aduētꝰ eiꝰ cauſam ⁊ verba ipīꝰ ⁊ oꝑa clamēt. Ad q̄rendā q̇ꝑpe ouē cēteſimā q̄ errauerat. de mōtibꝰ ꝓperauit Et vt maīfeſtiꝰ confiteātur dn̄o mīe eiꝰ. et mirabilia eius filijs hoīm: ꝓpter nos venit. Mira querētis dei dignatio? magna dignitas hoīs ſic queſiti: in qua ſi gloriari voluerit nō erit inſipiens. Nō ꝙ aliquid videatur eſſe a ſeipſo: ſed ꝙ tanti eū fecerit ipſe qui fecit. Omnes enī diuitie. omīs gloria mūdi et quicquid ī eo concupiſcitur: minꝰ eſt ad hanc gloriā: ȳmo nec eſt aliquid in eius cōparatione Dn̄e quid eſt homo qꝛ magnificas eū? aut quid apponis erga eū cor tuū?

¶ Attamē velim noſſe quid ſibi voluerit ꝙ ad nos venit ille: aut quare nō magis iuimꝰ nos ad illū. Noſtra enī neceſſitas erat. Sꝫ nec cōſuetudo diuitū vt ad pauperes veniāt: nec ſi p̄ſtare voluerīt. Ita eſt frēs. Nos magis ad eū venire dignū fuit: ſed duplex eſt īpedimentū. Nam caligabāt oculi noſtri? ille vero lucē inhabitat īacceſſibilē: et iacentes paralitiā in grabato diuinā illā non poteramus attingere celſitudinē. Propterea benigniſſimus ſaluator ac medicus aīmaꝝ ꝫ deſcendit ab altitudīe ſua: ꝫ claritatē ſuā infirmis oculis temꝑauit. Induit ſe laterna quadā illo vtiqꝫ glorioſo ⁊ ab omni labe puriſſimo corpore quod ſuſcepit. Hec eſt illa leuiſſima plane et prefulgida nubes: ſupra quā aſcenſurū eum ꝓpheta ꝓdixerat. vt deſcenderet in egiptū

¶ Tēpꝰ eſt iā ipſū quoqꝫ ꝯſiderare tꝑs qn̄ ſaluator aduenit Venit enī qđ ꝫ vos credimꝰ nō latere: nō in inicio. nō in medio tꝑis. ſꝫ in fine Nec incōgrue factū eſt. ſꝫ vere ſapient̄ diſpoſuit ſapiā? vt cū p̄mo magꝭ eēt neceſſariū. tūc p̄mo afferret auxiliū: pronos ad ingratitudinē ade filios non ignorās. Vere enī aduesperaſcebat et inclinata erat iam dies? receſſerat paulominus ſol iuſticie: ita vt exiguꝰ nimis ſplendor eius. aut calor eſſet in terris. Nam ꝫ lux diuine notice parua admodū erat: et habundante iniquitate feruor refrigerat caritatis Iam non apparebat angelus. non loquebatur propheta. ceſſabant velut deſperatione victi. pre nimia vtiqꝫ duricia hominū ⁊ obſtinatōe: ⁊ ego ait filius tunc dixi ecce venio Hinc et alibi legimus ſcriptū. Ego ipſe qui loquebar ecce aſſū. Hic ſic dum mediū ſilenciū tenerent oīa. ⁊ nox in ſuo curſu mediū iter perageret oīpotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit. Quod ꝫ apoſtolus intuens ait. Quando venit plenitudo temporis: miſit deus filiū ſuū Nimirū plenitudo ⁊ habūdancia temporaliū. obliuionē ꝫ inopiam fecerant eternoꝝ. Oportune ergo tūc aduenit eternitas quādo magꝭ tꝑalitas ꝑualebat. Nā vt cetera ſileā: ipſa quoqꝫ pax tꝑalis illo in tꝑe tanta fuit. vt ad vniꝰ hoīs edictū deſcriberetur vniuerſus orbis

// Habetis iam et ꝑſonā veniētis. ⁊ locū vtrūq; id eſt a quo ⁊ ad quē venit: cauſā quoq; ⁊ temp9 nō ignoratis: vnū reſtat. via ſcilicet ꝑ quā venit. Et hec quoq; diligēter requirēda: vt poſſim9 ſicut dignū eſt occurrere ei. Verūptn̄ ſicut ad operandū ſalutē in medio terre. ſemel venit in carne viſibilis: ita cotidie ad ſaluādas aīas ſingulorꝝ in ſpū venit et inuiſibilis: ſicut ſcriptū eſt. Spūs ante faciem nrām xp̄s dn̄s Et vt noueris occultū eſſe hūc ſpiritualē aduentū: in vmbra ei9 inquit viuem9 int̄ gētes. Propterea dignū eſt vt ſi non valet infirm9 in occurſū tanti medicī ꝓcedere lōgi9: ſaltē conet̄ erigere caput. ⁊ aliquaten9 aſſurgere veniēti // Non te oportet o hō maria trāſfretare. nō ꝑenetrare nubes. nō trāſalpinare nc̄e eſt: nō grandis inquā oſ̄dit̄ tibi via: vſq; ad temetip̄m occurre deo tuo: ꝓpe eſt enī verbū in ore tuo et in corde tuo. Vſq; ad cōpūctionē cordis/ ⁊ cōfeſſionē oris occurre: vt ſaltem exeas de ſterq̄linio miſere cōſcientie. qm̄ indignū eſt illuc auctorē puritatꝭ intrare. Et hec quidē de eo aduētu ſūt dicta: quo ſingulorꝝ mētes inuiſibili dignat̄ illuſtrare potētia // Libet autē ⁊ manifeſti aduētus ꝯſiderare viā: qm̄ vie ei9 vie pulchre: et oēs ſemite ei9 pacifice Ecce inq̄t ſpōſa venit ſaliēs in mōtib9: trāſiliēs colles. Venientē vides o pulchra: ſꝫ cubātē videre āte non poteras. Dixiſti enī. Indica m̄ quē diligit aīa mea: vbi paſcas. vbi cubes. Cubās paſcit āgelos. in illas ꝑpetuas eternitates: quos ſaciat viſiōe eternitatꝭ ⁊ imutabilitatꝭ ſue. Sed ne ignores te o pulchra. qm̄ mirabilꝭ facta ē viſio illa ex te: ꝯfortata ē ⁊ nō poterꝭ ad eā Verūptn̄ ecce egreſſ9 ē de loco ſcō ſuo: ⁊ q̄ cubās paſcit āgelos. ipſe cepit ſicq; ſanabit nos: ⁊ videbitur veniēs ⁊ paſt9. qui cubās et paſcēs videri ante nō poterat. Ecce venit ſaliens in mōtib9: trāſiliēs colles. Mōtes ⁊ colles ꝑriarchas ⁊ ꝓphās accipe: ⁊ queādmodū venit ſaliēs ⁊ trāſiliens. in libro generatiōis lege Abrahā genuit yſaac: yſaac genuit iacob ⁊c̄. Ex hijs mōtib9 ꝓdijt vt inuenies radix yeſſe: vn̄ iuxta ꝓphetā egreſſa eſt virga: ⁊ exin flos aſcēdit: ſup quē req̄euit ſpūs ſeptiformis. Qd̄ manifeſti9 alio in loco aperiens idē ꝓpheta. ecce inq̄t virgo ꝯcipiet et pariet filium: ⁊ vocabitur nomē ei9 emanuel: qd̄ interp̄tat̄/ nobiſcū de9. Quē enī prius florē. ip̄m deīn emanuelē: et quā dixerat virgam. manifeſti9 exp̄mens/ vginem noiauit. Sꝫ neceſſe eſt altiſſimi hui9 ſacramēti ꝯſideratione die i alteri reſeruare: digna enim ꝓprio ſermone materia: p̄ſertim q2 in lōgum iā hodiern9 ſermo ꝓceſſit.

Sermo eiuſdē ſecūd9 vn̄ ſupra ⁊ de verbis yſaye ꝓphete. Locut9 eſt dn̄s ad achaz dicens. Pete tibi ſignū a domino. ⁊c̄

Audiuimus ſuadentem regi achaz yſayam prophetam/ petere ſignū a dn̄o: ſiue in ꝓfundū inferni: ſiue i excelſū ſup̄. Audiuim9 rīſionē ei⁹: formā q̄dē habētē pietatꝭ. ſꝫ nō v̄tutē. Propt̄ h̄ deniq; ab eo q̄ i tuet̄ cor ⁊ cui cōfitet̄ hoīs cogitatio meruit reprobari. Nō petā inq̄t: ⁊ nō tēptabo dn̄m. ¶ Elat⁹ erat achaz faſtigio ſolij regal̄: aſtuc⁹ huānc ſapiētie v̄bis. Audierat ergo yſaias a dn̄o. Vade dic vulpi illi: petat ſibi ſignū a dn̄o in ꝓfundū inferni. Habet enī vulpes foueā: ſꝫ in infernū quoq; ſi deſcenderit. adeſt q̄ ꝯphēdat ſapiētes i aſtucia ſua. Iteꝫ vade ait dn̄s dic volucri illi: petat ſibi ſignū in excelſū ſupra. Habet enī volucris nidū: ſꝫ et ſi in celū aſcēderit. illic ē qui ſupbis reſiſtēs. ꝓpria v̄tute calcat ſupboꝝ ⁊ ſublimiū colla. Verūptamen diſſimulat ille poteſtatis excelſe/ ſeu incōprehēſibilis ꝓfunditatis. vel ſapiētie querere ſignū: ⁊ propterea ſignū bonitatꝭ domui dauid dn̄s ipē ꝓmittit: vt quos nec poteſtas nec ſapientia terruit. alliciat ſaltē exhibitio caritatꝭ. Poteſt tn̄ in eo q̄ ait i ꝓfundū inferni/ caritas etiā ipſa qua maiorē nemo habuit. vt i infernū quoq; ꝓ amicꝭ moriendo deſcēderet nō imerito deſignari: vt p̄āpiatur achaz vel i excelſū regnātꝭ expaueſcere maieſtatē. vel deſcēdētis ad inferos āplecti caritatē. Moleſt⁹ ē ergo nō ſolū hoīb⁹ ſꝫ etiā deo: quiſq̄s nec maieſtatē cogitat in timore: nec caritatē in amore meditatur. Propter hoc inq̄t dabit dn̄s ipē vobis ſignū: in q̄ manifeſte ⁊ maieſtas ⁊ caritas inoteſcat.

¶ Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel: quod interp̄tatur nobiſcū de⁹. Noli fugere adā: quia nobiſcū de⁹. Ne timeas o homo/ nec audito nomine dei terrearis: quia nobiſcū deus: nobiſcū carnis ſimilitudine. nobiſcū vtilitate. Propter nos venit tanq̄ vn⁹ ex nobis: ſimilis nobis paſſibilis. Deniq; butirum ⁊ mel inquit comedet. Ac ſi dicat. Paruul⁹ erit: et veſcetur infantilibus alimētꝭ. Vt ſciat inquit reprobare malū: et eligere bonū. Etiam hic bonum et malum audis ſicut in arbore vetita: ſicut in ligno tranſgreſſionis: ſꝫ multo melius a p̄mo adam ſecūd⁹ iſte ꝑtitur. Eligens enim bonū. malum reprobat: non ſicut ille qui dilexit maledictionē et venit ei: ⁊ noluit benedictionē ⁊ elongabitur ab eo. Nam ⁊ in eo q̄ p̄miſit. butirū et mel comedet. aduertere poteris paruuli hui⁹ electionem: tantū aſſit eius gratia. vt qd̄ p̄ſtat vtcūq; ſentire. digne ⁊ accōmodate ad intelligentiā ꝓferre concedat.

¶ Duo ſunt in lacte ouis: videlicet butirū ⁊ caſeus: butirum pingue ⁊ humidum: caſeus ecōtra aridus ⁊ dur⁹. Bene ergo paruulus noſter eligere nouit: qui butirum comedens. caſeum vtiq; non comedit. Que eſt enī centeſima ouis q̄ errauit: ⁊ in pſalmo loquit̄ erraui ſicut ouis que perijt: Vtiq; genus humanū. qd̄ benigniſſim⁹ paſtor q̄rit: alijs ſane nonagintanouē ouib⁹ in montibus derelictis.

¶ In hac igitur oue duo reperies: naturā dulcē naturā bonā. et bonam valde tanq̄ butirū: ⁊ peccati corruptionem vt caſeum. Vide ergo quā oportune puer nē elegit:

qui naturam nr̄am sine vlla peccati corruptione suscepit Nā de peccatoribꝰ legꝭ coagulatū est sicut lac corꝝ: in quibꝰ vtiqꝫ puritatē lactis/ corruperat fermentū malicie/ coagulū iniquitatꝭ Vꝫ ꝛ apis habet mellis dulcedinē: habet etiā aculei pūctionē Apis vero est q̄ pascitur inter lilia. q̄ floꝛigerā inhabitat patriā angeloꝝ: vn̄ ad ciuitatē nazareth qđ interp̄tatꝭ flos aduolauit. ꝛ ad suaue olentē ꝑpetue virginitatis florē aduenit. Illi īsedit: illi adhesit Huius apis mel ꝛ aculeū nō ignoꝛat: qui miam et ꝛ iudiciū cū ꝓpha decātat. Attn̄ ad nos veniēs. solū mel attulit. ꝛ nō aculeū. id est miam et nō iudiciū: ita vt ꝑsuadentibꝰ q̄nqꝫ discipulꝭ vt ciuitatē q̄ suscipe eū noluit. ꝑ̄ꝑeret igne cōsumi: rn̄derit nō venisse filiū hoīs vt iudicaret. ſꝫ vt saluaret mūdū Nō habebat aculeū apis nr̄a: quodāmō deposuerat illū. qn̄ tāta indigētie patēs miam exhibebat ꝛ nō iudiciū. Vꝫ nolite sperare in iniq̄tate: nolite peccare in spe Habet enī apis nr̄a q̄nqꝫ resumere aculeū suū: ꝛ acriter nimis infigere illū in medullꝭ hoīm pc̄toꝝ: qm̄ pr̄ nō iudicat queq̄ꝫ: ſꝫ oē iudiciū dedit filio Nūc āt puulꝰ nr̄ butirū ꝛ mel comedit: qn̄ bonū nature hūane diuine mie sic ī semetipō vniuit vt esset hō verꝰ. ꝛ pc̄m nō habēs: deꝰ misericoꝛs. ꝛ iudiciū nō exhibēs //

Ex hijs iā manifestū arbitroꝛ q̄nā sit v͛ga de radice yesse ꝓcedēs: q̄s vero flos sup quē req̄escit sp̄s scūs: qm̄ v͛go dei genitrix virga ē/ flos filiꝰ eiꝰ Flos vtiqꝫ flos filiꝰ v͛ginis: flos cādidꝰ ꝛ rubicūdꝰ: electꝰ ex milibꝰ Flos ī quē ꝓspicē desiderāt āgeli: flos ad cuiꝰ odoꝛē reuiuiscūt moꝛtui: ꝛ sicut ip̄e testatꝰ flos. flos cāpi est ꝛ nō orti Cāpꝰ ei sine oī hūano viret adminiculo: nō seminatꝰ ab aliq̄. nō defossꝰ sarculo: nō īpinguatꝰ fimo Sic oīno sic v͛ginis aluꝰ floruit: sic inuiolata integ͛ et casta marie viscerā/ tāq̄ꝫ pascua eterni viroꝛis floꝛē ꝓtulere: cuiꝰ pulchritudo nō videat corruptionē: cuiꝰ glā ī ꝑpetuū nō marcescat //

O v͛go virga sublimis. ī q̄ꝫ sublime v͛ticē scm̄ erigꝭ: vſꝫ ad sedētē in trono. vſꝫ ad dn̄m maiestatꝭ: neqꝫ id mirū: qm̄ ī altū mittꝭ radicē huilitatꝭ O vere celestis plāta: p̄ciosioꝛ cūctꝭ: sāctioꝛ vniūsis O vere lignū vite: qđ solū fuit dignū poꝛtarē fructū salutꝭ //

Deꝑhēsa ē iā maligne serpēs v͛sutia tua: nudata ē plane falsitas tua Duo īposueras creatoꝛi: mēdaciū ꝛ inuidie infamaueras eū: sed in vtroqꝫ cōuictus es esse mentitus Siquidē ab initio moꝛitur cui dixeras. nequaq̄ꝫ moꝛieris: ꝛ veritas domini manet in eternum. Sed et nunc respōde si potes Quam ei arboꝛem cuius arboꝛis fructū inuidere potuit: qui nec hāc quidem virgam electam/ ꝛ fructum sublimem negauit: Etenim qui ꝓprio filio non pepercit: quomodo nō omnia simul cum illo donauit: //

Sed iā aduertistis ni fallor. quoniam virgo regia. ipsa est via per quam saluatoꝛ aduenit: procedens ex ipsius vtero tanq̄ꝫ sponsus de thalamo suo Tenentes ergo viam quam p̄oꝛe si meministis cepimꝰ inuestigare sermone: studeamꝰ. Et nos dilectissimi ad ipm̄ ꝑ eā ascendere. qui ꝑ ipām ad nos descendit; per eam venire ī gratiā ipsius. qui ꝑ eam in nr̄ām miseriam venit.

¶ Per te accessum habeamꝰ ad filiū o benedicta inuentrix gratie. genitrix vite. mat̄ salutis; vt ꝑ te suscipiat nos. qui ꝑ te datus est nobis. Excuset apud ipm̄ integritas tua. culpā nostre corruptionis; et humilitas deo grata. nr̄e veniā īpetret vanitati. Copiosa caritas tua nr̄oꝝ cooperiat multitudinem peccatoꝝ; et glo̾sa fecūditas. fecunditatē nobis ꝯferāt meritoꝝ. Dn̄a nr̄a/ mediatrix nr̄a. aduocata nr̄a. tuo filio nos recōcilia: tuo filio nos recōmēda; tuo filio nos repn̄ta. Fac o bn̄dcā ꝑ grām quā īuenisti. ꝑ ꝑrogatiuā quā meruisti; ꝑ miam quam peperisti: vt qui mediante te fieri dignatꝰ est particeps miserie et infirmitatis nostre. te quoqꝫ intercedente ꝑticipes faciat nos glorie ⁊ beatitudinis sue: xp̄s ihesus filiꝰ tuus dn̄s noster; qui est super oīa bn̄dictus in secula Amen.

¶ Sermo terciꝰ vnde supra. Et de septem columpnis.

IN aduentu dn̄i quē celebramꝰ si ꝑsonam venientꝭ intueor nō capio excellentiā maiestatꝭ; si attendero ad quos venerit. digtionis magnitudinē expauesco. Stupent certe et āgeli de nouo. videntes infra se quem supra se semꝑ adorant; manifeste iā et ascendētes et descendētes ad filiū hoīs. Si ꝯsidero ꝓpter q̄d venerit; amplector quoad possū inestimabilē latitudinē caritatis. Si modū cogito; exaltationē agnosco humane cōditionis. ¶ Venit siquidē vniuersitatis creator et dn̄s; venit ad homines: venit ꝓpter hoīes; venit hō. Sed diceret aliq̄s. Quō venisse dicitur: qui semꝑ vbiqꝫ fuit: Erat quidem in mūdo: et mūdus ꝑ ipm̄ factus est; et mūdus eū non cognouit. Nō ergo venit q̄ aberat; ſꝫ apparuit q̄ latebat. Vn̄ et humanā in qua agnosceretur induit formā; qui nimirū in diuina lucē habitat inaccessibilē. Nec sane inglorium maiestati/ apparere in similitudine sua quā fecerat ab inicio: nec indignū deo/ a quibꝰ in substātia sua nō poterat agnosci. in ymagine exhiberi; vt q̄ fecerat hominē ad ymaginē ⁊ similitudinē suam. ipē hominibꝰ innotesceret factus homo. ¶ Huiꝰ ergo aduentꝰ tante maiestatis. tante humilitatꝭ. tante caritatis. tante eciā glorificationis nr̄e; ab vniuersa ecc̄ia semel ī anno solempnis memoria celebrat̄. Sꝫ vtinā ita semel ageretur vt semper: id quippe digniꝰ. Quante enī insanie est. vt post tanti regis aduētū/ alijs q̄buslibet negocijs/ hoīes velint seu audeāt occupari: ⁊ nō magis omissis oībꝰ. soli eiꝰ cultui vacēt; nec in eiꝰ p̄ntia cuiusq̄ꝫ meminerint ceteroꝝ. Sed non oīm est q̄d ait ꝓpheta. memoriā habundantie suauitatis tue eructabūt; siquidē nec oēs hec memoria pascit. Sane nemo q̄d nō gustauit ſꝫ neqꝫ q̄d tm̄ gustauit eructat. Ructꝰ q̄ppe nō nisi de plenitudīe ⁊ sacietate ꝓdit. Propterea q̄ꝫ sclārꝭ mēs ⁊ vita. memoriam hāc et si celebrāt nō eructāt; sī deuotione ⁊ affectione dies istos arida quadã ꝯsuetudine obseruantes

Deniqꝫ quod dãpnabilius est· ipã quoqꝫ ĩestimabilis huiꝰ dignationis memoria datur in occasioẽm carnis: vt videas eos tanta sollicitudine diebꝰ istis vestiũ glãm· aborũ parare delicias· ac si hec ł hmõi querat in sua natiuitate xp̃us: ł ibi suscipiatur dignius/ vbi hec accuratius exhibetur· Sed ipsũ audi dicẽte· Superbo oculo ⁊ insaciabili corde: cũ hoc nõ edebã· Quid tanta ambĩtione vestes paras in natale meũ: Detestor ego supbiã: non ãplector· Quid tanta sollicitudĩe ciborũ copias reponis in tẽpus illud: Dãpno ego carnis delicias: non accepto· Plane insaciabilis es corde tanta parãs/ ⁊ ex tam longo: nam corpori vtiqꝫ ⁊ pauciora sufficerent: ⁊ q̃ possent oportunius inueniri· Celebrãs ergo aduẽtũ meũ: labijs me honoras: cor autem tuũ longe est a me Nõ me colis: sꝫ deus tuus venter est: ł gloria in ꝯfusione tibi· Infelix oĩno qui voluptatẽ corpis/ ł secularis glẽ colit vanitatẽ: btũs autẽ ꝑplũs cuiꝰ dñs deus eiꝰ· Fr̃es nolite vos emulari in malignãtibꝫ: neqꝫ zelaueritꝭ faciẽtes iniq̃tatẽ Intelligite magꝭ in nouissima eorũ: ⁊ cõpatimĩ eis ex aĩmo: ł orate ꝓ eis qui p̃occupati sunt in delicijs· Hec eni faciũt miseri: quia ignorantiam dei habent· Nam si cognouissent: nunq̃ dñm glorie tanta aduersum se insania prouocarẽt· Nos autem dilectissimi excusatioẽm de ignorantia non habemus· Plane nosti eũ quisq̃s hic es: ⁊ si dixeris quia nõ noui eum· eris similis secularibus mendax· Deniqꝫ si eũ non nosti q̃s te huc adduxit: aut quomõ huc venisti: Alioq̃n quando tibi persuaderi posset carorũ affectibꝰ· corporis voluptatibus· seculi vanitatibus sponte abrenũciare· ⁊ iactare cogitatum tuũ in domino· ł omnem sollicitudinem tuam in eum proicere· de quo nichil bene ymo tam male conscientia teste meruerãs: Quis tibi inquã persuadere id posset· si nescires quia bonus dominꝰ sperantibus in se· anime querenti ipsum: nisi cognouisses ⁊ tu· quia suauis est dominꝰ ⁊ mitis· ⁊ multe misericordie ł verax: Hec autem vnde nosti: nisi qꝫ non solum ad te· sed etiam in te venit:

Triplicem enim eius aduẽtũ nouimus· ad hoĩes· in hoĩes· ꝯtra hoĩes· Ad hoĩes quidẽ indifferẽter: nõ aũt ita in hoĩes· aut ꝯtra hoĩes· Sed qꝫ pˀmus ł tercius noti sũt vtpote manifesti: de secũdo qui spiritalis ⁊ occultꝰ est: ipsũ audi dicẽtẽ· Si q̃s diligit me· sermonẽ meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eũ: ⁊ ad eũ veniemꝰ· et mãsionẽ apud eũ faciemꝰ· Btũs apud quem mãsionẽ facis dñe ihu· Btũs i quo sapia edificat sibi domũ· excidẽs colũpnas septẽ: btã aĩa q̃ sedes est sapiẽtie· Quenã ẽ illa: Aĩa vtiqꝫ iusti· Merito plane: qꝫ iusticia ⁊ iudiciũ p̃paratio sedis tue· Quis in nobis est fr̃es: q̃ desiderat in aĩa sua sedẽ parare xp̃o: Ecce q̃nã illi serica/ q̃ tapecia: qđ puluinar oꝑtet p̃pari· Iusticia in q̃t ⁊ iudiciũ p̃paratio sedis tue· Iusticia virtꝰ ē: qđ suũ est vnicuiqꝫ tribuẽs. Tribue ergo tribꝰ q̄ sua sũt: redde superiori. redde inferiori. redde equali cuiqꝫ quod debes: et digne celebras aduentũ xp̄i: parans ei in iusticia sedem suã. Redde inquã reuerẽtiã prelato et obedientiã: quaꝝ altera cordis. altera corporis est. Nec enĩ sufficit exteriꝰ obtẽperare maioribꝰ nr̃is: nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamꝰ de eis. Et ⁊ si tã manifeste inotuerit indigna alicuiꝰ p̄lati vita. vt nichil oĩno excusationis nichil dissimulatiõis admittat: ꝓpter eũ tñ a quo est omĩs p̄tas. ipsum quẽ modo talem nouimus. excelsũ reputare debemꝰ: nõ p̄ntibus ꝑsone meritis. ꝫ ordinationi diuine ꝟ dignitati ip̄iꝰ officij deferẽtes ¶ Sic ⁊ fr̃ibꝰ nr̃is inter quos viuimꝰ ip̄o iure fr̃nitatꝭ ⁊ societatꝭ humane. ꝯsilij sumꝰ ⁊ auxilij debitores. Nec enĩ volumꝰ vt ipsi nobis impendant: consiliũ quo erudiatur ignorantia nr̃a: auxiliũ quo iuuetur infirmitas nr̃a. Sed forte erit inter vos qui tacitus respondeat dicens. Qđ ego ꝯsiliũ dabo fratri: cui nec vnũ quidẽ dicere verbũ phas est absꝫ licentia: Qđ auxiliũ impendere: cui ne minimũ aliquod agere liceat absꝫ obediẽtia: Ad que ego. Nõ deerit certe qđ facias: tãtũmodo caritas fraterna nõ desit. Nullũ esse meliꝰ ꝯsiliũ arbitror. ꝙ̄ si exẽplo tuo fratrem docere studeas q̄ oporteat. que nõ oporteat fieri: prouocãs eũ ad meliora: ⁊ cõsulẽs ei nõ verbo neqꝫ lingua/ ꝫ opere et veritate. An vero vtiliꝰ aut efficacius auxiliũ aliqđ est. ꝙ̄ vt ores deuote ꝓ eo. vt non dissimules redarguere culpas eiꝰ: vt nõ modo nullũ ei offendiculũ ponas: ꝫ sollicitꝰ sis quantũ preuales tanq̄ angelꝰ pacis de regno dei scãdala tollere. ⁊ occasiones scãdaloꝝ penitus remouere: Si talẽ fr̃i ꝯsiliariũ ꝟ auxiliarũ exhibes. reddis ei qđ debes: nec habet vñ causetur ¶ Porro si cui forte p̄latus es: huic sñ dubio teneris debitor sollicitudinis ãplioris. Exigit ⁊ ip̄e a te custodiã ⁊ disciplinã Custodiã quidẽ. vt possit cauere pc̃m: disciplinã vero. vt quod minꝰ cauit. minime maneat impunitũ ¶ Et ꝟ si nemĩ fr̃m p̄esse videris. habes tñ sub te cui custodiam hãc ꝟ disciplinã oporteat exhibere: dico aũt corpꝰ tuũ. quod sñ dubio regendũ accepit sp̄us tuus: debes ei custodiã. vt nõ regnet ĩ eo pc̃m. nec mẽbra eiꝰ arma fiant iniq̄tatis: debes et disciplinã vt dignos faciat p̄nie fructus. castigatũ ⁊ subditũ seruituti ¶ Lõge tñ grauiori et periculosiori debito tenẽtur astricti: q̄ pro multis aĩabꝰ redditurí sũt rationẽ. Quid ego infelix quo me vertam: si tantũ thezauꝝ/ tã preciosũ depositũ istud. qđ sibi xp̄us sanguĩe ꝓprio p̄ciosius iudicauit. contigerit negligentiꝰ custodire: Si stillantẽ in cruce dñi sanguinẽ collegissem: essetqꝫ repositꝰ penes me in vase vitreo. qđ ⁊ portari sepiꝰ oporteret: quid animi habiturus essem in discrimine tanto: Et certe id seruãdũ accepi: pro quo mercator non insipiens. ipsa vtiqꝫ sapiẽtia sanguinẽ illū dedit. Qꝫ ⁊ habeo theſaurū iſtū in vaſis fictilib9 ; ⁊ q̄b9 multo plura q̄ꝫ vaſis vitreis imminere pīcula videntur. Accedit ſane ad ſollicitudinis cumulū ⁊ pond9 timoris ; q꜡ cū ⁊ meā ⁊ proximi cōſcientiā ſeruare nēce ſit. neutra michi ſatis ē nota : vtraqꝫ abiſſus īpſcrutabilis. vtraqꝫ michi nox eſt ; ⁊ nichilomin9 exigitur a me vtriuſqꝫ cuſtodia : ⁊ clamatur. cuſtos q̄d de nocte. cuſtos q̄d de nocte. Non eſt m̄ dicere cū caym. nūq̄d cuſtos fratris mei ſū ego : ſed eſt fateri hūiliter cū ꝓpheta : niſi domin9 cuſtodierit ciuitatē. fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. In eo tamen excuſabilis ego videor : ſi vt p̄dixi debitā exhibeo cuſtodiā pariť et diſciplinā. Qꝫ ſi priora quoqꝫ quatuor nō defuerīt : dico autē erga prelatos reuerentiā ⁊ obedientiā. conſilium ⁊ auxiliū erga frēs : qđ ad iuſtitiā ꝑtinet. non imparatā ſedē inueniet ſapiētia. Et fortaſſis hec videantur ſex columpne quas excidit in domo quam edificauit ſibi : ⁊ ſeptima quoqꝫ querenda eſt. ſi forte ⁊ eā nobis notā facere ipā dignet̄ // Qꝫ vero ꝓhibet ſicut ſex in iuſticia. ſeptimā quoqꝫ itelligi in iudicio : Neqꝫ enī iuſticia ſola : ſꝫ iuſticia inquit ⁊ iudiciū preparatio ſedis tue. Denique ſi prelatis ⁊ equalibus ⁊ inferioribus reddimus qđ oportet : nichil nc accipiet deus : At ei plane qđ debet. nemo retribuere poteſt ; q꜡ tā copioſe cumulauerit ſuper nos miſericordiā ſuā. q꜡ tā multa deliquerimus ei. q꜡ tam fragiles ⁊ nichil ſumus ; q꜡ tam plenus ⁊ ſufficiens ille ſibi : ⁊ bonoꝝ oīm noſtroꝝ non egens. Audiui tamen ipm̄ dicentē ei cui incerta ⁊ occulta ſapientie ſue reuelauit : q2 honor regis iudiciū diligit. Nichil qđ in ſe eſt a nobis exigit āplius : tm̄ dicam9 iniq̄tates. ⁊ iuſtificabit nos gratis ; vt gratia cōmendetur. Diligit enī aīam. que in cōſpectu eius ⁊ ſine intermiſſiōe cōſiderat. ⁊ ſine diſſimulatione dijudicat ſeipſā : ideoqꝫ iudiciū a nobis nō niſi ꝓpter nos exigit ; q2 ſi noſmetipſos iudicauerim9 nō vtiqꝫ iudicabimur. Propterea ſapiens verebatur oīa opa ſua : ſcrutatur diſcutit. dijudicat vniuerſa. Honorat q̄ppe veritatē ; qui ſe ⁊ ſua omnia in eo ſtatu quo veritas habet. ⁊ agnoſcit veraciter. ⁊ hūiliter confitetur. Audi denique maīfeſti9 iudiciū a te exigi pe9 iuſticiā. Cū feceritis inquit oīa que p̄cepta ſunt vobis : dicite ſerui inutiles ſum9. Hec plane qđ in hoīe eſt digna ſedis ꝑatio dn̄o maieſtatis vt et iuſticie mādata ſtudeat obſ̄uare : ⁊ ſꝑ ſeſe īdignū ⁊ inutilē arbitret̄.

Sermo quartus. de duplici aduentu et de pennis argentatis.

Dignū eſt frēs vt tota deuotione dn̄i celebretis aduētū : delectati tāta ꝯſolatione. ſtupefacti tāta dignatiōe. inflāmati tāta dilectione. Nec verō ſolū cogitetis cū quo veīt q̄rere ⁊ ſaluū facē qđ perierat : ſꝫ ⁊ illū nichilomin9 q̊ veniet ⁊ aſſumet nos ad ſeipſū. Vtinā ērca hos duos aduēt9 iugi meditatiōe verſemini : ruminātes in cordib9 vr̄is q̄ntū in p̄mo p̄ſtiterit : quātū ꝓmiſerit in ſcđo. Vtinā certe dormiatio inter medios cleros Hec enī sūt duo brachia spōsi: int̄ que spōsa dormiēs aiebat Leua eius sub capite meo: et dextera illiꝰ amplexabitur me Nā in sinistra siquidē eius sicut alibi legimus. diuicie ⁊ gloria: in dextera lōgiturnitas vite // ¶ In sinistra inquit eꝰ diuicie ⁊ glā. Filij adam genus auarū ⁊ ambitiosū audite. Qꝫ vobis cū terrenis diuicijs ⁊ gloria tp̄ali: que nec vere nec vestre sunt? Argentū ⁊ aurū nonne terra est rubea et alba: quam solus hominū error facit aut magis reputat preciosam? Denicꝫ si vestra sunt hec: tollite ea vobiscū Sꝫ homo cū interierit nō sumet oīa: necꝫ descendet cū eo glā eiꝰ. Vere ergo diuicie nō opes sūt ſꝫ virtutes: quas secū ꝯsciā portat. vt ĩperpetuū diues fiat/ ¶ De glā quocꝫ dicit apostolus. Gloria nrā hec est: testimoniū ꝯsciē nostre Hec ē vticꝫ vera glā: que est a spū veritatis. Ipse enī spūs testimoniū ꝑhibet spiritui nrō: ꝙ filij dei sumꝰ Gloria vō quā ab īuicē accipiūt/ q̄ glām que est a solo deo nō requirūt vana est: qm̄ vani filij hominū Insipiens tu/qui merces congregas in saccū pertusū: qui thesaurū tuum alieno in ore ꝯstituis: ignorans ꝙ archa ista non clauditur. nec seras habet. Quanto melius sapiūt qui thesaurū suū ipsi sibi seruant: alijs non committunt. Verum nunquid semper seruabunt? Nunquid semꝑ abscondent? Veniet cū manifesta erunt abscondita cordis: qui vero fuerint ostentata non comparebūt Hinc est ꝙ veniēte domino. fatuaꝝ virginū lāpades extinguūtur. et q̄ receperūt mercedē suā ab hoībꝰ/ a domino nesciūtur. Propterea dico vobis kmī: vtile est abscōdere. magis ꝙ ostentare siquid habemꝰ boni: sicut ⁊ mendici cū elemosinā petunt. non preciosas vestes ostendunt. sed seminuda membra/ aut vlcera si habuerint: vt citius ad miam videntis animꝰ inclinet. Quā regulā publicanꝰ ille seruauit/ multo meliꝰ phariseo: ⁊ ideo descēdit iustificatꝰ ab illo/ id ē ꝑ illo// ¶ Tp̄s est frēs: vt iudiciū īcipiat a domo dei. Quis vero finis eoꝝ qui nō obediūt euāº? Qꝫ iudiciū hijs q̄ in hoc iudicio nō resurgūt? Quicūcꝫ ei iudicari dissimulāt eo iudicio qđ nūc est. in quo ꝑnceps huiꝰ mūdi eicit̄ foras: iudiciū expectent vel magis timeant. quo cū ipō principe suo foras eijcientur et ipsi Nos aūt si perfecte iudicamur nūc. securi saluatorē expectemꝰ dominū nrm̄ ihesū xp̄z: q̄ reformabit corpꝰ huilitatis nostre. ꝯfiguratū corpori claritatis sue Tūc fulgebūt iusti: ita vt videri possint docti pariter ⁊ indocti. Fulgebūt ei sicut sol in regno patris eorū. Erit enim claritas solis septēpliciter: id est sicut lux septē dieꝝ / ¶ Adueniēs ei saluator reformabit corpus huilitatis nostre. configuratū corpori claritatis sue: si tamē prius fuerit cor reformatū. ⁊ configuratū huilitati cordis ipsius Propt̄ qđ ⁊ dicebat. Discite a me q2 mitis sū ⁊ huilis corde Cōsidera sane in hijs verbis qm̄ humilitas duplex ē: altera cognitiōis. altera affcōnis q̄ hic dicit̄ cordis Priore agnoſcimꝰ q̄m nichil ſumꝰ: hāc diſcamꝰ a nobiſipſis. ⁊ ab īfirmitate ꝓpria. Poſteriore calcamꝰ glām mūdi: ⁊ hāc ab illo diſcimꝰ/ q̄ exinanivit ſemetipꝫ formā ſervi accipiēs: qui etiā queſitus in regem fugit: q̄ſitus ad tāta ꝓbra. ⁊ ignominioſū ſignū crucis/ ſponte obtulit ſemetipſum ¶ Sunt ergo ſi dormire velimꝰ inter medios cleros. id eſt duos adventꝰ/ pēne nr̄e deargentate: vt illā ſcilicet virtutū formā teneamꝰ. quā ⁊ verbo ⁊ exēplo cōmendavit xp̄s p̄ns in carne In argento ſiquidem nō incōgrue intelligitur humanitas eius: ſicut in auro divinitas Omnis itaq̄ʒ virtꝰ nr̄a. tam longe eſt a virtute vera. q̄ꝫ longe eſt ab ea forma: ⁊ oīs pēna nr̄a ad nichilum valet: ſi non fuerit deargentata /

Magna quedā pēna eſt paupꝑtas: qua tā cito volatur in regnū celoꝝ. Nā in aliȷ̈s virtutibꝰ que ſequūtur. ꝓmiſſio futuro tempꝛe indicat̄. paupertati nō tam promittitur q̄ꝫ datur Vnde ⁊ in p̄nti tempꝛe enūciatū eſt. q̄m ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ: cū in ceteris dicatur. hereditabūt. conſolabūtur et ſimilia ¶ Videmꝰ autē pauperes aliquos / qui ſi verā haberent paupꝑtatem. nō adeo puſillanimes invenirētur. et triſtes: vtpote reges ⁊ regeꝝ celi. Sʒ hȷ̈ ſunt qui pauperes eſſe volūt. eo tn̄ pacto vt nichil eis deſit: ⁊ ſic diligūt paupꝑtatē. vt nullā inopiā paciantur ¶ Sunt et aliȷ̈ mites: ſʒ q̄ꝫdiu nichil dicitur vel agitur niſi ꝑ eoꝝ arbitrio Patebit autē q̄ꝫ longe ſint a vera māſuetudine: ſi levis oriatur occaſio. Hec autem māſuetudo quo hereditabit: q̄ ꝯ̄ hereditatē deſiccatur vel deficiat: ¶ Alios quoq̄ʒ lugētes video: ſed ſi de corde ꝓcederet ille lacrime. nō ita facile ilico ſolverētur in riſū Nūc autē cū habūdantiꝰ ocioſa ⁊ ſcurrilia verba ꝓfluant q̄ꝫ prius lacrime: lacrimas huiuſmodi de hȷ̈s eſſe non arbitror. quibꝰ cōſolatio divina ꝓmittitur: qm̄quidem poſt illas tam facile cōſolatio vilis admittitur ¶ Aliȷ̈ tam vehementer contra alioꝝ delicta zelantur. vt videri poſſent eſurire ⁊ ſitire iuſticiā: ſi eſſet apud eos de ſuis quoq̄ʒ peccatis ⁊ idē iudicium: ſʒ nūc pondꝰ ⁊ pondꝰ vtrūq̄ʒ eſt abhominatio apud deū Nam ꝯtra alios tā impudēter q̄ꝫ inaniter eſtuant: ſeipſos tam inſipienter q̄ꝫ inutilit̄ palpant ¶ Sunt aliȷ̈ miſericordes de hȷ̈s q̄ ad ipſos nō ꝑtinēt: qui ſcādalizātur ſi nō datur oībꝰ habūdanter: ſic tn̄ vt ipi ne ī modico quidē ꝯ̄venit. Qʒ ſi miſericordes eſſent: de ſuo facere deberēt miam: ſi nō poſſūt de terrena ſubſtātia. de volūtate bona darēt hȷ̈s q̄ cōtra eos forte peccare viderēt̄ indulgētiā: darēt dulce ſignū. Vbū bonū qd̓ ē ſupꝑ datū optimū. vt eoꝝ mētes ad penitētiā ꝓuocarēt Deniq̄ʒ et hȷ̈s et oībꝰ quos ī pc̄ō ēe cognoſcerēt: ꝯpaſſionē īpenderēt. ⁊ orationē. Alioq̄n mia illoꝝ nulla ē: ⁊ miam ꝯſequēt̄ nullā ¶ Itē ſt̄ q̄ pc̄a ſua ſic ꝯfitēt̄. vt videri poſſet ex deſiderio mūdandi cordis id agē: oīa ei ī ꝯfeſſioē lauāt̄: niſi q̄ꝫ ea q̄ ipi ſpōte dicūt aliȷ̈s / ab aliȷ̈s pacīēt̄ audiē nō poſſūt Qui ſi vē mūdari deſiderarēt. vt videtur.

nō irritarentur: ſꝫ haberēt ī eis gratiā· qui ſuas illis maculas demōſtrarent / ¶ Sūt ⁊ alij q̄ ſi viderīt quēpiā vel leuiter ſcandalizatū· valde ſolliciti ſunt quō eū in pacē reducere poſſint: ⁊ videātur pacifici: niſi ꝙ eoꝝ ꝯmotio/ ſi forte quid contra eos factum dictūve videbitur· tardius vniuerſis/ difficiliuſq; poterit ſedari ¶ Qui nimirū ſi vere pacem diligerēt: haut dubiū q̄n eā quererēt ſibiipſis // ¶ Deargentemꝰ igiť pēnas noſtras in xp̄i ꝯuerſatiōe: ſicut et martires ſancti lauerūt ſtolas ſuas in eiꝰ paſſiōe ¶ Imitemur gͦ quoad poſſuꝰ eū: qui ſic dilexit paupertatem· vt q̄uis in manibꝰ eius eſſent fines terre tñ non habuerit vbi reclinaret caput: ita vt diſcipulos adherētes ei/ legamus fame cōpulſos ſpicas manibꝰ ꝯfricaſſe/ cū ꝑ ſata trāſiret: quiq; tanq̄ ouis ad occiſionē ductꝰ ē· ⁊ ſicut agnꝰ corā tondēte ſe obmutuit· ⁊ nō aperuit os ſuū: quē ⁊ ſuꝑ lazarū ⁊ ſuper ciuitatē fleuiſſe· ⁊ ī oratiōibꝰ ꝑnoctaſſe legiꝰ· riſiſſe vero aut iocaſſe nuſq̄: q̄ ſic eſuriuit iuſticiā· vt cū culpā nō haberet· tantā ꝓ peccatꝭ nr̄is a ſemetipſo exegit ſatiſfactionē· vn̄ in cruce nichil aliud q̄ iuſticiā ſitiebat: q̄ ꝓ inimicis mori nō dubitauit· ⁊ orauit ꝓ crucifixoribꝰ ſuis: q̄ peccatū nō fecit· et īpoſita ſibi ab alijs patiēter audiuit: q̄ ꝓ reconciliādis ſibi peccatoribꝰ tāta ſuſtinuit

Sermo quintus de triplici aduētu· et de triplici inouatione

Diximꝰ nuꝑ hijs q̄ deargētauerūt pēnas ſuas dormiendum inter medios cleros· duos ſignantes aduētus: ſed vbi ſit dormiendū non diximꝰ ¶ Terciꝰ eī quidē aduentꝰ eſt mediꝰ inter illos: in quo delectabiliť dormiūt· qui eū nouerūt· Illi eī duo manifeſti ſūt: ſꝫ nō iſte· In priore quidē in terris viſus· ⁊ cū hominibꝰ ꝯuerſatꝰ eſt: qn̄ ſicut ipſe teſtatur· ⁊ viderūt et oderunt In poſteriore vero videbit omnis caro ſalutare dei nr̄i: ⁊ videbūt in quem trāſfixerūt· Medius occultꝰ eſt: in quo ſoli eū in ſeipſis vident electi· ⁊ ſalue fiūt aīe eoꝝ / ¶ In p̄mo ergo venit in carne ⁊ infirmitate: in hoc medio in ſpū ⁊ ꝟtute: in vltimo in gloria ⁊ maieſtate Per virtutē enī ꝑuenit ad glām: quia dn̄s ꝟtutū ipſe eſt rex glorie· Et itē alibi ait idē ꝓpha: vt viderem ꝟtutē tuā ⁊ gloriā tuā // ¶ Aduentꝰ ſiquidē iſte medius via quedā eſt: ꝑ quā a primo ꝑueniať ad vltimū· In primo xp̄s fuit redēptio noſtra: ī vltimo apparebit vita noſtra· in iſto vt dormiamus inter medios cleros· requies eſt ⁊ cōſolatio nr̄a Sꝫ ne cui forte īuēticia videantur· q̄ de h° medio aduētu diximꝰ: ipſū audite Si q̄s inq̄t diligit me ſ̄moēs meos ſ̄uabit: ⁊ pr̄ meꝰ diliget eū: ⁊ ad eū venieꝰ Sꝫ q̄d eſt q̄ diligit me ſermoēs meos ſ̄uabit: Legiꝰ eī alibi q̄ timet deū faciet bona: ſꝫ plꝰ aliq̄d dictū ſentio de diligēte· q2 ſ̄moēs meos ſ̄uabit Vbi gͦ ſeruādi ſt̄ Haut dubiū q̄n ī corde: ſicut ait ꝓpha In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi· Sed quomodo in corde ſeruandi: An ſufficiat ſola eos ſeruare memoria: Anuero ſic ſeruanti dicit apostolꝰ: qm̄ sciētia inflat. Deniqꝫ ⁊ memoriā fcale delet obliuio. Serua sic sermonē dei: q̄uo melius seruare poteris cibū corporis tui. Nā ille panis viuꝰ est: ⁊ cibꝰ mentis est. Panis terrenꝰ dū in archa ē. p̄t a fure tolli: p̄t a mure corrodi: p̄t vetustate corrūpi. Ubi vō comederis illū: q̄d horꝝ times? Hoc mō custodi v̄bū dei: bti eni q̄ custodiūt illud. Ergo traijciat in viscera quedā aīe tue: trāseat in affectiones tuas. et in mores tuos: comede bonū ⁊ delectabitur in crassitudine aīa tua. Ne obliuiscaris comedere panē tuū/ ne arescat cor tuū: sed adipe et pinguedine repleatur aīa tua. Si sic v̄bū dei seruaueris: haud dubiū q̄n ab eo seruieris. ¶ Veniet eni ad te filius cū patre: veniet ꝓpheta magnꝰ qui renouabit ihr̄lm̄: et ille noua faciet ōnia. Hoc eni facit hic aduētus: vt sicut portauimꝰ ymaginē terreni. sic ⁊ portemꝰ ymaginem celestis. Sicut fuit vetus adā effusꝰ ꝑ totū hoīem ⁊ totū occupauit: ita mō totū obtineat xp̄us/ q̄ totū creauit. totū redemit. totum ⁊ glorificabit: q̄ꝫ totū hoīem saluū fecit ī sabbato ¶ Erat in nobis aliquādo vetꝰ hō p̄uaricator ille: erat in nobis tā in manu. q̄ in ore ⁊ in corde. In manu dupliciter ꝑ facinꝰ ⁊ flagiciū: in ore similit̄ ꝑ arrogātiā ⁊ detractionē: in corde quoqꝫ ꝑ desideria carnis/et desideria gl'ie temporalis. Nūc aūt si q̄ noua creatura in xp̄o vetera trāsierūt: ⁊ cōtra facinꝰ in manu/ inocentia: ꝯtra flagiciū/ cōtinentia est: in ore cōtra arrogantiā/ verbū ꝯfessionis: cōtra detractionē/ v̄bū edificatiōis: vt recedant vetera de ore v̄ro. In corde vero cōtra carnis desideria / caritas: ⁊ hūilitas cōtra gl'am tp̄alē. Et vide si non in hijs trib' xp̄m dei verbū recipiat singuli electorū: quibꝰ dictū est. Pone me signaculū sup brachiū tuū: signaculū sup cor tuū. Et alibi. Prope est verbū in ore tuo. ⁊ in corde tuo.

¶ Sermo sextus de aduētu dn̄i. ⁊ carnis resurrectione.

Uolo vos fr̄es nō ignorare tp̄e visitatiōis v̄re: ꝫ ne illud q̄de q̄d hoc tp̄e visitetur in vobis. Animabꝰ eni hoc tēpus est/ nō corꝑibꝰ assignatū: ꝙ videlicet longe dignior anima corpore. priorē sollicitudinem sibi naturali vendicet dignitate. Sed et prior reparanda est: quā constat corruisse priorem Anima siquidem corrupta in culpā: fecit vt corpus quoqꝫ corrūperetur in penā ¶ Deniqꝫ si xp̄isti membra volumus inueniri sequendū est nobis sine dubio caput nostrū: vt videlicet prima nobis reparādarū animarum sit sollicitudo. pro q̄bus ipse iā venit. ⁊ quātū p̄us mederi studuit corruptioni. Corporis vero curam ei magis tempori reseruemꝰ. et differamus in illū diē. quo reformandi corporis gracia est venturus: sicut meminit apostolus dicens. Saluatorē expectamꝰ dn̄m nr̄m ihesū cristū: q̄ reformabit corpꝰ hūilitatis nr̄e. cōfiguratū corpori claritatis sue ¶ In priori siq̄dē aduētu tāq̄ preco. vel magis vē p̄co ipiꝰ iohēs baptista clamat. Ecce inq̄ens agnꝰ dei:

tollit pc̄ca mūdi Nō dicat morbos corꝑis·nō moleſtias carnis: ſ; peccatū qđ ē morbꝰ aīe ⁊ corrupcio mētis Ecce q̄ tollit pc̄ca mūdi Vn̄ : Vtiqꝫ a manu·ab oculo·a collo: demū ecīa a carne ipā· cui alaꝰ infixū ē Tollit pc̄m e manibꝰ ꝯmiſſa peccata delēs: tollit ab oculo purgās cordis intēcionē: tollit a collo violētā remouēs dn̄ationē: ſicut ſcriptū ē Sceptrū exactoris eiꝰ ſuꝑaſti: ſicut ī die madyan Itēqꝫ Cōputreſcet iugū a facie olei·Et aplūs loq̄tur dicēs Vt nō regnet pc̄m ī vr̄o mortali corꝑe Siq̄dē alio ī loco ait idē aplūs·Scio inq̄t ꝙ nō eſt in me bonū: hoc ē ī carne mea Et alibi Infelix ego hō: q̄s me liberabit de corꝑe mortis huiꝰ: Dicebat nimirū nō ꝓus liberādum ſe eſſe a peſſima illa radice·q̄ carni infixa ē a lege pc̄ci que eſt in mēbris nr̄is: donec ab illo corꝑe ſolueret Vn̄ ⁊ cupiebat diſſolui et eſſe cū xp̄o: ſciens ꝙ pc̄m ſeꝑans int̄ nos ⁊ deū penitꝰ auferri nō poterit·donec liberemur a corꝑe· Audiſtis de quodā quem dn̄s curauit a demonio: qm̄ collidēs ⁊ multū decerpēs eū/demō exiuit ab illo Ita dico vobis·genꝰ illud pc̄ci qđ totiens ꝯturbat nos(ꝯcupiſcētias loquor ⁊ deſideria mala)reꝓmi q̄dē debet et pōt ꝑ graciā dei vt nō regnet in nobꝭ: nec demꝰ mēbra nr̄a arma iniq̄tatis pc̄co: ⁊ ſic nulla dāpnatio ē hijs q̄ ſunt in xp̄o ih̄u: ſ; nō eijcietur niſi in morte· qn̄ ſic diſcerpimur vt aīa ſeparetur a corꝑe // Habes ad quid venerit xp̄us: ꝉ cui intēderẽ debet xp̄ianus Propterea noli o corꝑꝰ· ꝓripere tempꝑa: potes ei aīe īpedire ſalutē: tuā ipſiꝰ oꝑari non potes· Omnia tempus habēt Patere vt nūc aīa ꝓ ſe laboret: magis āt eciam collabora ei: qm̄ et ſi cōpateris ⁊ ꝯregnabis·Quantum eius impedis reparationē·tātū impedis tuam: qꝛ nimiꝝ ante reparari non poteris·donec ſuā in ea deꝰ ymaginē videat ꝯformatā // Nobilē hoſpitē habes o caro·nobilē valde: ⁊ tāta ſalꝰ tua ꝑdet de eiꝰ ſalute Da honorem hoſpiti tāto· Tu q̄dē habitas in regiōē tua: aīa tua ꝑegrina ꝉ exul apđ te ē hoſpitata Queſo te q̄s ruſticꝰ/ſi forte nobilis ꝉ ꝑpotēs quiſpiā apud eū voluerit hoſpitari·nū libenter in āgulo domus ſue/aut ſub gradibus ſuis/vel in ipſis cineribus ſuis accubabit: cedēs hoſpiti ſuo locum ſicut dignum eſt pociorem: Et tu ergo fac ſimilit̄: iniurias vel moleſtias tuas ne te putaueris: tantum vt hoſpes tuꝰ honorifice poſſit apud te demorari Honor tibi eſt vt pro eo interim te exhibeas inhonorum· Ac ne forte deſpicias aut paruipendas hoſpitē tuum·pro eo ꝙ peregrinus tibi videtur ꝉ aduena: diligenter attende quid hoſpitis huius tibi preſentia largiatur· Ipſe enim eſt qui tribuit oculis viſum: auditum auribꝰ preſtat: ipſe qui lingue vocē· palato guſtum· motum membris oībus miniſtrat Si quid vite·ſi q̄d ſenſus·ſi quid in te decoris eſt: huius hoſpitis beneficium recognoſce Deniqꝫ diſceſſus eius ꝓbat: quid pn̄tia conferebat Protin9 enim aīa discedēte. lingua silebit. oculi nil videbūt. obsurdescēt aures: corp9 oē rigebit. facies expallescet: in breui quoq3 totū cadauer putrescet et putridū fiet: ⁊ decor omīs in saniē ꝯuertetur. Ut quid ergo pro tēporali q̄libet delcātiōe ꝯtristas et ledis hospitē tuū istū: cū nec sentire quidem vllo mō poteras nisi ꝑ ipsum: Adhuc si tantū ꝯfert tibi exul ⁊ inuiciarū causa a facie dn̄i sui eiectus: ⁊ quantū tibi p̄stabit recōciliatus: Noli o corpus noli impedire recōciliationem illam: qm̄ grandis exinͨ tibi glā p̄paratur. Pacienter p̄mo libenter temetipm̄ expone ad oīa: nichil dissimules qđ huic videat recōciliatiōi posse pdesse. Dic hospiti tuo q2 recordabit̄ dn̄s tui. ⁊ restituet te ī gradū p̄stinū: ⁊ tu memēto mei. Omino eni memor erit tui in bonū si bn̄ seruiet̄ illi: ⁊ cū ꝑuenerit ad dn̄m suū suggeret ei de te. et loq̄tur bonū ꝓ bono hospite dicēs. Cū in vltionē culpe sue exularet seruus tu9. paup̲ quidam apud quem hospitat9 sū meū fecit miāꝫ: ⁊ nūc retribuat ꝓ me dn̄s me9 Primo siq̄dē oīa sua. dehinc eciā semetipm̄ exposuit vtilitatib9 meis: nō parcēs sibi ꝓpter me. in ieiunijs multis. in laborib9 frequēt̄. in vigilijs sup̄ modū: in fame et siti. ⁊ in frigore ⁊ nuditate Quid igit̄: Profecto nō mētietur scriptura q̄ dicit. Volūtatē timentiū se faciet: ⁊ dep̄catione eoꝝ exaudiet. O si forte gustare posses dulcedinē hanc: si forte gloriā istā valeas estimare. Mira eni dc̄turus sum: ꝫ tn̄ vera ⁊ oīno indubitata ꝗ de lib9 Ipē dn̄s sabaoth dn̄s v̄tutū ⁊ rex glīe. ipē descēdet ad reformāda corpa nr̄a: ⁊ ꝯfiguranda corpi claritat̄ sue Quāta erit illi glā. q̄ ineffabilis exultatio: qn̄ creator vniu̇sitat̄ q̄ ꝓ aiab9 iustificādis humilis ante venerat ⁊ occulti9: pro te glorificāda o misera caro / sublimis veniet ⁊ maiesti9: nō iā in īfirmitate ꝫ in glā ⁊ maiestate sua: Quis cogitabit diē aduentus illi9: qn̄ descendet cū plenitudīe lumīs. angelis p̄currētib9 ⁊ tube ꝯcātu excitātibus de puluere corp9 incpis: et rapientib9 illud obuiam xp̄o in aera: Quonꝫ ergo caro misera insipiens/ vera/⁊ ꝓrsus insana. trāsitorias ⁊ caducas q̄rit cōsolatiōes p̄mo de solatiōes: si forte cōtingat repelli/⁊ indignā iudicari hac glā. magꝭ autē nichilomin9 ineffabili in eternū excruciari pena: Non sic obsecro frēs mei nō sic: q̇nymo delectetur in huiusmodi meditatioib9 aīa nr̄a: q̇n eciā caro nr̄a requiescat in spe. saluatorē expectās dn̄m nr̄m ihm xp̄m: q̄ reformabit illā ꝯfiguratā corpi claritat̄ sue. Hic eni ait ꝓpha. Sitiuit in te aīa mea: q̄ multiplicit̄ tibi caro mea. Desiderabat siquidē anima ꝓphetal̄ aduentū p̄orē. quo se nouerat redimendā: ꝫ multo ampli9 caro desiderabat aduentū posteriorē. ⁊ glorificationē suā Tūc eni iplebūtur desideria nr̄a: et plena erit maiestate dn̄i oīs terra. Ad quam glāꝫ. ad quā btitudinē. ad quā deniqꝫ pacē q̄ exuperat oēm sensū. ipē sua mīa nos ꝑducat: nec ꝯfūdat nos

[illegible]

ab expectatiōe noſtra: ſaluator quē expectamꝰ iheſus xpriſtꝰ dn̄s noſter. q̄ eſt bn̄dictꝰ in ſecula.

Sermo vij. de triplici vtilitate aduentꝰ dn̄i ꝑ tres idigētias huānas

// ¶ Adhuc autē in ſtabulo naſcitur xp̄us: et in p̄ſepio reclinatur Et nōne ipſe eſt qui dicit: meꝰ ē orbis terre et plenitudo eiꝰ? Quid ergo ſtabulū elegit? Plane vt reprobet glām mundi: dampnet ſeculi vanitatē. Necdū loquitur lingua: ⁊ quecūqꝫ de eo ſunt. clamāt. predicant. euāgelizant

// ¶ Ipſa quoqꝫ infantilia mēbra non ſilent. In omnibꝰ mūdi iudiciū arguitur: ſubuertitur. cōfutatur. Quis enim hoīm ſi daretur optio/ non magis eligeret robuſtū corpus: et etatem īntelligibilem quā infantilem? O ſapientia que de occultis trahens O vere incarnata. et velata ſapiētia. Et tamen fratres. ipſe eſt promiſſus olim per yſaiam: paruulus ſciens reprobare malum. ⁊ eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis: bonum vero afflictio eſt. Siquidem ⁊ hanc elegit. ⁊ illam reprobat puer ſapiens: verbum infans. Verbum enim caro factum eſt: ⁊ caro infirma. caro infantilis. caro tenera: caro impotens omnis operis: omnis laboris impatiens. ¶

Et vere fratres. verbum factum eſt caro: et habitauit in nobis. Dum eſſet in principio apud deum. lucem inhabitat inacceſſibilem: et nā erat qui caperet illud. Quis enim inueſtigauit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Carnalis homo non percipit ea. q̄ ſpiritus dei ſunt. Sed iam capiat et carnalis: quia factum eſt caro. Si nichil preter carnē nouit audire: ecce verbū caro factū eſt: audiat illud vel in carne. O homo in carne tibi exhibetur ſapientia illa quondā occulta: ecce iā ipſis ſeſe ingerit ſenſibꝰ carnis tue. Carnaliter vt ita dixerim ꝑdicatur tibi Fuge voluptatem: quia mors poſita eſt ſecꝰ introitum delectationis. Age penitentiā: quia per hanc appropinquat regnū. Hoc tibi ꝑdicat ſtabulū illud: hoc p̄ſepe clamitat: hoc mēbra illa īfantilia manifeſte loquūtur: hoc lacrime ⁊ vagitꝰ euāgelizant //¶ Plorat quippe xp̄us: ſed nō ſicut ceteri. aut certe non quare ceteri ſolent. In alijs ſenſus: in xp̄o ꝑualebat affectus Patiūtur illi. non agunt: vt pote nec ipſius adhuc vſum voluntatꝭ habentes. Illi ex paſſione lugent: xp̄s ex compaſſione Illi iugum graue qđ eſt ſuꝑ oēs ade filios: xp̄s filioꝝ ade peccata deplorat Et certe pro quibꝰ nūc lacrimas fundit: poſtea fundet et ſanguinem O duricia cordis mei. Utinam dn̄e ſicut verbum caro factum eſt: ita ⁊ cor meū carneū fiat Siquidē ⁊ hoc pollicitꝰ es ꝑ prophetam. Auferam inquit a vobis cor lapideū: et dabo vobis cor carneum //¶ Fratres: lacrime xp̄i michi et pudorem pariūt ⁊ dolorem Ludebam ego foris in platea: ⁊ in ſecreto regalis cubiculi/ ſuꝑ me ferebatur iudiciū mortꝭ Audiuit hoc vnigenitus eius: exijt poſito dyademate. ſacco veſtitus. aſperſus cinere caput: nudus pedes: flens ⁊ eiulans/ ꝙ morte cōpnatꝰ eſſet ſeruulꝰ eius. Intueor illum ſubito ꝓcedentem: ſtupeo nouitatē: cauſam ꝑcontor et audio. Quid facturus ſū: Adhuc ne ludam: ⁊ deludam lacrimas eius: Plane ſi inſanꝰ ſum et mente inops nō ſequar eum: nec ſimul cū lugente lugebo Ecce vn̄ pudor / Dolor ⁊ timor vnde: Utiq3 quia ex cōſideratione remedij. ꝑiculi mei eſtimo quātitatem Neſciebā. ſanus michi videbar: ⁊ ecce mittitur filiꝰ virginis. filiꝰ dei altiſſimi. ⁊ iubetur occidi: vt vulneribꝰ meis precioſo ſanguinis illiꝰ balſamo medeatur.

¶ Agnoſce hō ꝙ̄ grauia ſunt vulnera tua: pro quibꝰ neceſſe eſt xp̄m dn̄m vulnerari Si nō eſſēt ad mortem/ et mortem ſempiternā: nunꝗ̄ pro eoꝝ remedio filiꝰ dei moreretur Pudet itaq3 dilectiſſimi ꝓpriam negligenter diſſimulare paſſionē: cui tantā a maieſtate tanta exhiberi video compaſſionem. Cōpatitur filiꝰ dei ⁊ plorat: homo patitur ⁊ ridebit: Sic et medicine eſtimatio: et doloris michi ⁊ timoris exaggeratio eſt. Verū ſi diligenter obſeruem precepta medici: erit eciā conſolationis occaſio. Sicut enim grauem agnoſco morbum cui tanta opponitur medicina: ſic ⁊ ex hoc ip̄o nō incurabilem eſſe cōiector: neq3 enī p̄ciosiſſimas ſpēs fruſtra inſumeret medicꝰ ſapiēs. ꝑmo ip̄a ſapiētia Porro fruſtra īſumi cōſtat. nō ſolū ſi abſ3 eis eēt facilis curatio: ſ3 multomagꝭ ſi ⁊ cū eis ſit īpoſſibilꝭ. Animat itaq3 ad pn̄iaz: ⁊ accēdit vehemēciꝰ deſideriū ſpes ꝯcepta //¶ Sane accedit ad ꝯſolationē. ip̄a q̄z q̄ paſtoribꝰ vigilantibꝰ exhibita eſt viſitatio: ⁊ allocutio āgeloꝝ. Ve vobꝭ diuites qui habetis ꝯſolationē veſtram: vt iā nō mereami habere celeſtem. Ve multi enim nobiles ſcḋm carnē. ꝙ multi potētes. ꝙ multi ſapiētes huius ſeculi. hora illa in ſtratis mollibus quieſcebāt: et nemo eoꝝ dignus habitus ē nouā videre lucē. ſcire magnū illud gaudiū: āgelos audire cātātes glīa in excelſis deo. Agnoſcant ergo homines: qꝛ q̄ in labore hominū nō ſūt: viſitari ab angelis nō merētur Agnoſcant ꝙ placeat ſupnis ciuibꝰ laboꝝ. cuiꝰ ſpiritalis intēcio ē: qn̄quidē ⁊ eos q̄ ꝓ victu corꝑis / corꝑali vrgente nc̄citate laborant. ſuo dignātur alloq̄o / ⁊ alloq̄o tam felici. Nimirū humanū icis agnoſcūt ordinē: quo ꝯſtituit deꝰ vt in ſudore vultus ſui veſcatur adā pane ſuo // Obſecro vos dilectiſſimi: ꝯſiderate diligentiꝰ quantum fecerit deꝰ ꝓ veſtra exhortatione et ſalute: nec infructuoſus inueniatur in nobis ſermo tam viuꝰ ⁊ efficax: ſermo fidelis ⁊ omni acceptione dignꝰ. ſermo nō tam oris ꝙ operis. Putatis fr̄es parū michi moleſtū eſſe: ſi hoc p̄m verbū qḋ nūc loquor ad vos. vacuū ſit aliqua vtilitate deperire de cordibꝰ vr̄is noſſem? Et quis ſum ego: aut quis ē hic ſermo meꝰ? Si hūc tantillū vocis laborē inutilē eſſe doleret hō puſillꝰ / ꝑmo ⁊ nichilū: ꝙ iuſtiꝰ indignabitur dn̄s maieſtatis. ſi tn̄ eius opam nr̄a aut duricia aut negligēcia contingat euacuari? Auertat hꝯ a ſeruulis ſuis. qui pro eoꝝ ſalute induere dignatꝰ eſt formā ſerui. vnigenitꝰ dei patris: qui eſt ſuꝑ oīa deus benedc̄us in ſecula Amen.

Sermo quartus de eo ꝙ paſtores inuenerunt mariā ⁊ ioſeph ⁊ infantē ihesum

Agnoſcite fratres dilectiſſimi quanta ſit hodierna ſolēpnitas: cui et dies breuis / ⁊ terre anguſta eſt latitudo: loco parit' ⁊ tpe dilatatur. Noctem ꝑoccupat. celū replet an̄ꝙ terrā: nox eni vt dices illuīata eſt: cū intēpeſte noctis hora paſtores circūfulſit lux noua de celo Et vt nouentis quo in loco ſolēpnitatis huiꝰ repēte gaudia celebrari qḋ iam āgelis cāt / futurū omni populo gaudiū euangelizat: ſed ⁊ cōfeſtim adeſt diuinis ꝑſonans laudibus celeſtis exercitꝰ multitudo Hic eſt ꝙ ſolempnis ducit nox iſta pre ceteris: in pſalmis. ymnis. ⁊ cāticꝭ ſpūalibꝰ. Et hijs potiſſimū in vigilijs ſine vlla heſitatione credēdum eſt celeſtes illos p̄ncipes ꝑuenire ꝯiūctos pſallentibꝰ: in medio iuuencularū tympaniſtarū. Sed ꝙ multa hodie gemmis ⁊ auro fulgent altaria: quantis vbiqꝫ pallijs parietes adornantur. Putas ad hec diuertent angeli: ⁊ pannoſos homines declinabunt? Si ita eſt: cur paſtoribus ouium magis apparuere ꝙ terre regibus: ꝙ ſacerdotibus templi? Cur et ipſe ſaluator cuius eſt aurum pariter et argentum: ſacram in ſuo corpore dedicat paupertatem? Aut certe cur paupertas ipſa tā ſollicite enarratur ab āgelo? Neqꝫ enim ſine certi ratione miſte rij: pannis ſaluator obuoluitur ꝛ ponitur ī preſepio: qn̄ id maīfeſte ī ſignum nobis commendatur ab angelo. Hoc īquit vobis ſignū. Inuenietis infantem pannis inuolutum // In ſignum poſiti ſunt pāni tui domine ihū: ſed ī ſignum cui a multis vſq; hodie contradicitur. Multi quippe vocati. ſed non multi electi: ꝛ ideo nec ſignati. Agnoſco certe agnoſco iheſū magnum ſacerdotē. ſordidis opertum veſtibus: cum altercaretur cum dyabolo. Parentib9 ſcripturas loquor: et quibus nō ignota eſt prophetica viſio zacharie. Ubi verō exaltatum ē caput noſtrū ſuper inimicos noſtros: ex h̄ plane mutauit veſtē/ decorē īduit. amict9 eſt lumine ſicut veſtimento. Exemplum dedit nobis: vt et nos eadē faciamus. Utilior ſiquidem in conflictu lorica ferrea. q̄ ſtola linea: licet oneri illa ſit. hec honori. Erit cum et mēbra ſequentur caput: vt corpus iam vniuerſum vno pſallat ſpiritu et dicat. Conſciſti ſaccū meum: et circumdediſti me leticia //

Inuenietis inquit infantem pānis inuolutum: et poſitum in preſepio. Et poſt pauca. Venerunt ait euangeliſta feſtinanter: et īuenerūt mariam et ioſeph. et infantem poſitū ī p̄ſepio. Quid eſt q̄ ſola ab angelo cōmendari videtur humilitas? nec tamen ſola a paſtoribus inuenitur? Forte ſpecialius commendat āgel9 humilitatem: quia cientibus ceterꝫ per ſupbiam. ipſe in humilitate perſtitiſſet. Aut certe propterea celit9 annunciatur humilitas: q̄ hec quaſi ꝓpria virtus diuine exhibēda ſit maieſtati. Sola tamē nō potuit inueniri: quia ſemp̄ datur grā humilibus //

Inuenerūt ergo mariā et ioſeph: ꝛ infantē poſitū in p̄ſepio. Dicit enī ſaluatorꝫ infantia manifeſtam p̄tendit humilitatē: ſic p̄ virginem cōtinentia: iuſticia p̄ ioſeph virū iuſtū: vel cuius laus eſt in euāgelio non incōgrue deſignatur / Pane ꝯtinētiā debei carni q̄s neſciat? Juſticia vero virt9 eſt. qd̄ ſuū ē vnicuiq; tribuēs: ꝛ h̄ erga p̄rimos ē neceſſaria. Porro humilitas deo nos reconciliat: deo facit eē ſbiectos. deo placet ī nob̄ ſicut ait virgo btā: reſpexit deus humilitatē ancille ſue.

// Itaq; q̄ fornicatᷣ peccat in corp9 ſuū: q̄ iniurioſus ē ī p̄rimū: q̄ extollitᷣ ꝛ inflatur. ī deū. Fornicator ſemet ipm̄ dehoneſtat: iniurioſus moleſtat p̄rimū: elatus q̄ ī ſe ē deū inhonorat. Gloriā meā ait domin9 alteri non dabo. Et ſupbus. Ego inquit michi eā licet nō dederis vſurpabo. Nec enī placet ei āgelica diſtributio: dans gloriā deo. pacē homib9 Nō ergo colit deum: ſed aduerſus deū extollitᷣ. ipius plane ꝛ infidelᷣ. Que enim pietas niſi cultus dei? Quis vero deum colit. niſi qui voluntarie ei ſubiectus ē. ꝛ ſicut oculi ſeruoꝝ in manibus domini ſui: ſic oculi cordis ſui ad dominum deum ſuum? // Ut ergo ſemp̄ inueniatᷣ in nobis maria et ioſeph/ ꝛ infans poſitus in preſepio: ſobrie ꝛ iuſte et pie viuam9 in hoc ſeculo. Propꝫ h̄ enī apparuit gratia dei erudiēs nos: ut abnegantes īpietatē. et p̄ hoc quoq; gloria illius apparebit. Sic enī habes. Apparuit gracia dei oīb9 hoīb9 erudiens nos: vt abnegātes ipietatē ⁊ ſecularia deſideria. ſobrie et iuſte ⁊ pie viuam9 in hoc ſeculo: expectātes beatā ſpem/ ⁊ aduentū glē magni dei. Apparuit in paruulo grā dei ad eruditionē: et hic erit magn9 ſicut de eo gabriel locut9 eſt: ⁊ quos paruul9 erudierit ad huīlitatē cordis ⁊ māſuetudinē: magĩficabit poſtmodū ⁊ glĩficabit magnus ⁊ glorioſus aduentus: iheſus xpriſt9 dn̄s noſter

Sermo q̄ntus eiuſdē vnde ſup.

Benedictus deus ⁊ pater dn̄i noſtri iheſu xp̄i/ pater miarū/ et deus totius ꝯſolatiōis: qui conſolatur nos in oī tribulatiōe noſtra Benedictus qui propter nimiā caritatē ſuā qua dilexit nos. miſit nob̄ filiū ſuū dilectū in quo ei bene ꝯplacuit: ꝑ quē reconciliati pacē habeam9 ad deū: et idem ſit nobis reconciliationis huius/ et mediator et obſes Nō eſt quod vereamur fr̄es mei ſub tā pio mediatore: non eſt q̄d de tā fido obſide dubitem9. Sꝫ qualis mediator eſt inquies qui in ſtabulo naſcit̄. in preſepi ponitur: pannis obuoluitur ſicut ceteri. plorat vt ceteri. deniq; infans iacet vt ceteri ꝯſueuerūt: Magn9 plane mediator eſt: eciā in hijs oībus que ad pacē ſunt non perfunctorie. ſed efficaciter querens. Infans quidē eſt. ſed vbū infans: cui9 ne ipā quidē infancia tacet. Conſolamini conſolamini dicit dn̄s deus veſter: dicit hoc emanuel nobiſcū deus Clamat hoc ſtabulū. clamat preſepe: clamant lacrime. clamāt pāni Clamat ſtabulū: curā do ſeſe hoī qui in latrones inciderat preparari. Clamat p̄ſepe: eidē hoī. qui in iumentis ꝯparatus fuerat pabulū miniſtrari. Clamāt lacrime. clamant pāni: eiuſdē ip̄i9 cruenta vulnera ablui et detergi. Siquidē nullo hoꝝ xp̄us eguit: nichil hoꝝ illi ꝓpter ſe: magis aūt oīa ꝓpter electos. Verebuntur filiū meū ait pater miaꝝ. Verū id quidē dn̄e: reuerētur eum Sꝫ qui: Nō plane iudei ad quos miſſ9: ſed electi ꝓpter quos miſſus eſt Reuereamur eū nos in p̄ſepio: reuereamur in patibulo: reuereamur in ſepulchro Deuote ſuſcipimus tenerū ꝓpter nos. cruentū ꝓpter nos. pallidū ꝓpter nos: ſepultum ꝓpter nos reuereamur. Deuote adoram9 cū magis: deuote āplectimur cū ſymeone ſancto infanciā ſaluatoris: ſuſcipientes miam tuā in medio templi tui. Siquidē ipſe eſt de quo legim9: miſericordia dn̄i ab eterno Alioq̄n quid coeternū patri niſi fili9: aut ſp̄us ſc̄us: Et vterq; q̄dē nō tā miſericors: q̄ ipā vē mia Nichilomin9 eciā pr̄ mia eſt: atq; hij tres nō niſi vna mia: ſicut vna eſſēcia. vna ſapia: vna diuinitas. vna maieſtas. In eo tamē q̄ pr̄ miaꝝ dicit̄ de9: q̄s nō videat vel ꝓprio noīe filiū deſignari: Sꝫ forte q̄s dicat. Quo illi ꝓpriū eſt miſereri: cui9 iudicia abiſſ9 multa: Neq; enī d̄r. oēs vie ei9 mia ſola: ſꝫ mia ⁊ veritas Nō min9 iuſt9 q̄ miſericors eſt: cui mia et iudiciū decantantur. Verum id quidem. cui vult miſero tur· et quē vult indurat: ſꝫ qđ miſeretur proprīū illi eſt: ex ſe enim ſumit materiā/ et velut quoddā ſeminarium miſerēdi· Nā quod iudicat ⁊ condempnat· nos cū quodāmodo cogimus: vt longe aliter de corde ipſius miseratio: ꝗ̄ aīaduerſio procedere videatur· Ipſū audi dicentem Nūquid voluntatis mee eſt mors impij dicit dn̄s: et nō magis vt cōuertatˀ et viuat: // Recte ergo nō pr̄ iudiciorū vel vltionū dicitˀ/ ſꝫ miſericordiarꝫ pater: nō mō ꝙ patris videatˀ miſereri potius ꝗ̄ indignari: ⁊ quēadmodū miſeretur pater filiorū/ miſereatur timētiū ſe· ſꝫ eo magis ꝙ miſerēdi cauſam ⁊ originem ſumat ex ꝓprio: iudicādi vel vlciſcēdi magis ex noſtro· Sꝫ ſi propter hoc pater miſericordie: quare pater miſericordiarꝫ: Semel locutus eſt deus ait ꝓpheta: duo hec audiui: quia poteſtas dei eſt: et tibi dn̄e miſericordia // Ceterū apoſtolus nobis in vno ṽbo ⁊ filio vno/ ipſam quoqꝫ miſericordiā duplicem cōmendat· patrem dicens nō vnius tātum miſericordie· ſed miſericordiarꝫ: et deum nō vnius/ ſꝫ totius conſolationis· qui cōſolatur nos nō modo in hac vel in illa: ſꝫ in ōni tribulatiōe noſtra· Miſericordie dn̄i multe ait quidā· videlicet quia multe tribulationes iuſtorꝫ: et de ōnib9 hijs liberauit eos dn̄s Vnus eſt dei filius· vnum verbū: ſꝫ miſeria noſtra multiplex· non modo magnā miſericordiam· ſꝫ multitudinem querit miſerationum // Forte tamē ꝓpter ſubſtātiam duplicē qua ſubſiſtit humana conditio· cū ſit vtraqꝫ tam miſera: nō incongrue duplex hoīm dicatur miſeria: licet ſit multiplex in vtraqꝫ· Siquidē ⁊ corporis ⁊ cordis noſtri tribulatiōes multiplicate ſūt· ſꝫ ab vtriſꝫ neceſſitatibus eruit: qui totū hominē ſaluū fecit Cū ergo vnus ille ⁊ vnicus dei fili9· caā iam nūc venerit ꝓpter aīas/ tollere ſcilicet peccata mūdi: ⁊ ſecundo ꝓpter corpora ſit venturus vt ea reſuſcitet et cōfiguret corpori claritatꝭ ſue: nō incongruū fortaſſe videbitur· vt ī eo ꝙ p̄ri mīarꝫ bn̄dicim9· duplicē hāc miām ꝯfiteamur· Suſcipiēs ei humane nature corp9 ſimul ⁊ aīam· nō modo cōſolari ſemel: ſꝫ vt ſup̄ q̄ꝫ meminim9 cōſolamini ꝯſolamini dicit dn̄s de9 vr̄: vt videlicꝫ certi ſimus ꝙ vtrūqꝫ ſit ſaluatur9· q̄ neutrū ſuſcipe ē dedignat9 Sꝫ in q̄b9 putas: Plane ī ꝓplō ſuo Ipſe ei et nūc ſaluū facit nō quoſꝫ/ ſꝫ ꝓplm̄ ſuū a pctīs eorꝫ: ⁊ poſtmodū nō vē corp9: ſꝫ corp9 humilitꝰ/ ꝯfigurabit corpi claritatꝭ ſue Deniqꝫ ꝓplꝫ ſuū ꝯſolatˀ vtiqꝫ ꝓplm̄ humilē quē ſaluū faciet: nā oculos ſupborꝫ humiliabit· Vis noſſe ꝓplm̄ ei9: Tibi derelict9 ē pauper: ait hō ſcd̄m cor dei Sꝫ ⁊ ipſe ī euāgelio Ve vob̄ diuites: q2 hētꝭ ꝯſolatiōem vrām // Et nos dilectiſſimi ī eo ꝓplō ſp̄ inueniri optem9 nō cui dr̄ ve: ſꝫ quē ꝯſolatˀ dn̄s de9 ſu9· Qui ei ꝯſoletˀ eos: q̄ ſuā habet ꝯſolatiōem: Nō ꝯſolatˀ xp̄i infātia garrulos: nō ꝯſolatˀ xp̄i lacrime cachinātes: nō cōſolatˀ pāni ei9 ābulantes in ſtolis: non conſolantur ſtabulum et preſepe amātes p̄mos cathedras in synagogis. ¶ Sed equanimiter forte vniuerse hec cōsolatiōes expc̄ātibꝰ i silētio dn̄m: lugentibꝰ. pānosis. pauꝑibꝰ dedere videbūtur. Ceterū audiāt: qꝫ ⁊ ipsi quoqꝫ āgeli nō alios ꝯsolātur Vigilātibꝰ enim ⁊ custodiētibꝰ vigilias noctis/ euāgelizatur gaudiū noue salutꝭ: ⁊ eis natꝰ esse dicitur saluator. Pauꝑibꝰ atqꝫ laborantibꝰ. nō vobis diuites qui vestrā habetꝭ ꝯsolationē et re diuinū. itē ipās noctis vigilias dies scificatꝰ illuxit: ⁊ nox sicut dies illuminata. ymmo in diem mutata est: dicēte āgelo Quia natus est vobis saluator hodie: vtiqꝫ nō hac nocte Vꝫ et quidē nox p̄cessit. dies aūt approꝑiquabit: verus vtiqꝫ dies ex die. salutare dei ihesus xp̄us dn̄s noster: qui est super omia bn̄dc̄us deꝰ in scl'a Amē

¶ Sermo sextus de natiuitate domini. vn̄ supra.

NOn poterit explicari sermo: quē mente ꝯcepi Stupor enī miraculoꝝ opprimit me: ⁊ dū omnia replico oīa ꝯplicātur Quis poterit excogitare diem aduentꝰ eiꝰ: Ideo fit elinguis lingua: memoria īmemor/ insensibilꝭ sensus: insueta nouitate relucēt oīa: ⁊ oīa ꝑtui Ꝟginis obsequūtur Fiūt mirabilia in celo sursum/ ⁊ in terra deorsū: quia vniuersa in nascētꝭ dei obsequiū iurauerūt. Insigniūtur ꝯuexa celorū: stella lucētior/ et multo lumīe loca flāmantia p̄strīguntur: diffūduntur per quadrifidū orbem radij rutilantiores: ⁊ pluralitatem stellarum igniū nouꝰ ignis obtundit. Miratur orbis celos nouum peperisse splēdorem: et incōuersibilē eorū statū ad signa et ꝓdigia fuisse ꝯuersū ¶ Vident caldei in celis qd̄ balaam reliquit in scripturis. Orietur īquit stella ex iacob. ⁊ ꝯsurget hō ex isrl': ⁊ erit oīs terra possessio eiꝰ Nascitur stella in excelsis: ⁊ deus in terris: cuiꝰ possessio a mari vsqꝫ ad mare ¶ Preparant se reges tharsis: vt cū nouitate munerū videāt nouā mrēm: filiū nouū: nouā natiuitatem Fons olei de terra erupit: templū rome qd̄ vocabat eternū corruit: oībꝰ impēsis ⁊ vrbis ⁊ orbis mirabiliter consummatū Cū enim romani īuictoriose ātiquitatꝭ memoriā. templū singulari scemate facere decreuissent: ab oī illa deorū ymmo demonioꝝ multitudine quesierūt vsqꝫ quō durare posset tā excellētis opis operosa ꝯstructio. Rn̄sum est donec Ꝟgo pareret. Illi ad impossibilitatem oraculū retorquētes: templum eternū solempnem illam machinam vocauerūt. Nocte aūt cum Ꝟginali thalamo Ꝟgineꝰ flos marie egressus est: ita cecidit ⁊ confractum est illud mirabile ⁊ columnarium opus vt vix appareant vestigia ruinatū. ¶ O bethleem ciuitas dei summi: et in te et in suburbibꝰ tuis visa sūt mirabilia hodie Deus pendet ad vbera. ponitur in presepe. ligatur in cunis: pannis inuoluitur. ⁊ laxatis fasciolis. felices manꝰ ⁊ sancta brachiola. ꝑ cunarū ꝑuitatē expādit: alludit Ꝟgini: matri arridet. et blandientes oculos ad mariam intorquet. Stat ꝑterrita tantis miraculis regina celoꝝ: confert in corde ſuo ſalutationem archangeli· conceptionem dei· natiuitatem pueri: ⁊ miratur ꝙ ille qui ſic potuit ad nos venire· ſic voluit ſubuenire // Adeſt ⁊ ioſeph/ ſed ab vtroqȝ remotus: ⁊ in exceſſu mētis miratur· ⁊ mirari ſatis nō poteſt qualit̄ ad tāte dignationis admiſſus ſit archanū· Adeſt multitudo celeſtis exercitus: vocibus glorioſis glā in excelſis deo auditur· Paſtores venerūt ⁊ inuenerūt puerū ⁊ puellam: ꝓcedit ſtella· reges accedūt: adorant filiū· mrēm venerantur: offerunt munera· deferunt maieſtati: cruciatur herodes· iheroſolima turbatur: requirūtur ſcribe: locus ꝓdicitur· indicatur ſimulatio: ſimulator ad nichilū deducitur: deteguntur cōmenta fraudiū· magi ꝑ aliam viam reuertūtur· pax inaudita a ſeculo regnat· vniuerſꝰ orbis ad cenſū deſcribitur: riuus olei de terra ꝓſudat· ⁊ in diuitē venā liquor ſcificatus ebullit· Quid eſt hoc niſi quia vera pax in terris apparuit: niſi quia ad ſup̄nū regnū ciues aſcribimur· niſi quia fons mīe de virgine emanat: Oleum effuſū nomen tuū Spiritꝰ ſcūs ſcripture ipĭus vnꝰ ⁊ vnicus fabricator: nō ꝑuam ſue pinguedinis dulcedinem ſub hoc capitulo dereliquit Sed vos nocturnis vigilijs ita defatigati eſtis: vt vix poſſitꝭ ſompnū ab oculis amouere Euigilate tamē pauliſper/ et ſompni torporem excutite: aderit ille de cuiꝰ natiuitate loquimur· vt illuminet oculos nr̄os ne obdormiamꝰ· Totus aūt ſententie ſenſus ex illiꝰ archa mutuabitur: cuiꝰ cōſiliū eſt quaſi conſiliū dei Ipſe ille eſt dn̄s videlicet clareuallenſis: cuiꝰ religio ⁊ diſcretio/ ſapiētia/ eloquētia/ vita ⁊ fama ꝑ totam latinitatem non imerito decurrit· Liber enī illius ſaranas adoro· Sed ad ꝓpoſitum reuertamur // ¶ Benignus ille ſpūs de cuius ſecretiore fonte canticoꝝ flumen euadit: in hijs tribꝰ verbis tria nobis requirēda reliquit: videlicet nomen ſponſi· quare oleo cōparetur· quomodo ⁊ effundatur: quia ⁊ nomē tacet· de cōparatione nil loquitur· de effuſione nichil dicit Primū de nomine videamus Multa vt arbitror vocabula ſpōſi· ꝑ diuinā ſcripturam ſperſa leguntur: ſed in duo vobis vniuerſa cōplector· Nullū profecto reperies qd̄ nō ſonet aut maieſtatis potenciam: aut grām pietatis Puer dn̄i de quo frequētiꝰ facio mētionem: ad regis cubiculū introductꝰ· duo quaſi ſublimiora de ipĭus ore diuinitatis audiuit: poteſtas dei eſt inquit· ⁊ tibi dn̄e mīa· Sed ⁊ ipſe ſaluator· ꝓphetice veritati atteſtans ait: vos vocatis me magiſter ⁊ dn̄e· Dn̄i nomē eſt maieſtatꝭ: pietatꝭ magiſter· Si enī piū eſt ꝓbere eſcam corpori: multo miſericordiꝰ eſcam aīe impertiri qd̄ eſt ꝓprie magiſtroꝝ: qui mentes indiſciplinatas ſub diſcipline rigore coercēt // ¶ Videamꝰ qd̄ hoꝝ nominū effūdatur: vtrū nomē potētie ī nomē grē: vel nomē pietatꝭ ī maieſtatꝭ vocabulū Abſit vt mīa in potentia includat᷑: qꝛ miſerationes eius ſup̄ omnia opera eius·

Certum est ergo qꝛ potestas dei in maiorẽ hodie pietatẽ effusa est. cũ celi distillarẽt a facie dei: ⁊ de virgineis membris vetustius dictum exoritur. nõ est qui se abscondat a calore isto: quia largior olei effusio a capite descẽdit in barbam: qua etiam extremam vestimẽti fimbriã largius irrorauit // Tãta est habundantia miserentis: vt non solum sub nomine effusiõis. ſꝫ exinanitionis censeat͛ Exinaniuit semet ipsum ait aplũs formã serui: hodierna die accipiẽs: ⁊ cũ tota multitudine miserationũ suarum de thalamo prosiliit virginali Nõ enim habuit dulciorem modum ad redimendum nos abissus illa consiliorum dei: quia quicq̃d in diuinitatꝭ thesauro pietatis inuentum est: totum in vtero virginis congestum est. Nõ me capio pre leticia: quia illa maiestas naturam suam nature mee carnis et sanguinis subuelat. ⁊ me miserũ in diuicias glorie sue non ad horam sed in sempiternũ includit Fit frater meꝰ dñs meus: ⁊ timorem dñi fratris vincit affectus Dñe ihũ xpriste. libenter audio te regnãtem in celis: libentius nascentem ĩ terris: libentissime crucem clauos ⁊ lanceam sustinentem Hec siquidẽ effusio rapit affectum meum: ⁊ istoꝝ memoria incalescit cor meum. viuentis ⁊ viuidẽ potionis asperitate purgatum Viuẽs est iste sermo ⁊ efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens vsqꝫ ad diuisionem anime ⁊ spũs cõpagum quoqꝫ ac medullarum scrutator // Vnꝰ illoꝝ qui ꝓphalis chori aut magister aut inter magistros est: sub senaria diuinoꝝ noĩm ꝑticione: de hac effusione mirabiliter quidẽ sed subtiliter ꝓphetauit Vocabitur nomẽ eius ãmirabilis. consiliariꝰ. deꝰ. fortis: pater futuri seculi: ꝑnceps pacis. Erat quidẽ ãmirabilis dñs meꝰ inter angelicos ordines audiens ẙnum glorie sue: ãmirabilis illi mirabili creature/faciens mirabilia in celo ⁊ in terra in mari et in omnibus abissis Ego autem in luto fecis ⁊ miserie obuolutus miser et miserabilis: ⁊ omnem spem emergendi ꝑdideram Ille in gloria: ego in miseria: ammirabilis ille. miserabilis ego. Sanctum ⁊ terribile nomen eius: quod vix audeat dignior natura. Nomen istud clausum ⁊ integrum quomodo capere poteram: quẽ vix angelicus oculus prospicere/nedũ perspicere potest: Sed vide effusionem Ille qui erat ammirabilis agminibꝰ angelorum: inclinat celos ⁊ fit consiliarius hoĩm. Maiestatiuũ nomen in pietatiuum effunditur. ⁊ qui mirabilis est in celis: consulere venit in terris Abscondit purpuram sub miserie vestimentis Et ad lutum vbi iacebam inclinatur non mergitur: ⁊ si audeo dicere/infixꝰ sum in limo ꝓfundi/operi manuũ suarũ porrigit dexterã: de ꝓfundis aquarũ extrahit. extractũ abluit: ablutum induit. indutũ reportat: reportatum cõfirmat Porrigit dexteram cum nascitur. cum loquit͛ extrahit: abluit cum moritur. induit cum reſurgit: cū aſcendit corporalit͛. cōfirmat cū ſpiritū emittit de celis. Bonꝰ quidem cōſiliarius: qui conſilium qđ voce dederit. et morte defendit. Erat enī docens ait euangeliſta ſicut poteſtatem habēs: non ſicut ſcribe ⁊ pharizei eorū. Deus. fortis. noīa ſunt poteſtat͛: ſed deꝰ effunditur in patrē futuri ſeculi: fortis in pn̄cipē pacis. Breuiter circo. qua ⁊ fatigatis ⁊ ſcientibꝰ legem loquor ¶ Quid tibi muſitabūde lucifer in tāta defluitiōe et effuſione? Clauſum ē tibi totū itinerariū dei: ⁊ malignās oculus tuꝰ hic nimiū caligauit. Sz ⁊ dñs meꝰ āmirabilis fuit ī natiuitate: cōſiliarius fuit in p̄dicatiōe: deꝰ in miraculorū choruſcatiōe. fortis in paſſiōe: pr̄ futuri ſeculi ī reſurrectione: pn̄ceps pacis ī illa eterna bt̄itudine. Nō terreamini nouitate verborū: qz nichil nouū introducit͛. Sic et olim noīa cōmutata ⁊ effuſa ſunt. abram in abrahā. ſarai in ſaram: ⁊ ſi quas alias īmutationes in illa veteri officina vos legiſſe recolit͛ ¶ Sed et ab ipſis pene mūdi principijs: in archano quodā ſcripturarū loco diuini nomīs effuſionē inueniſſe me recolo. Loquitur dñs ad moyſen de liberatione iſrahelis: et poſt multā dei ⁊ moyſi cōfabulationē. propheta ſubtiliter inquirit nomē eius. Et dominus dicit Ego ſū qui ſum: hoc eſt nomē meū in eternū. Hec dices filijs iſrael. Qui ē miſit me ad vos. Perterritꝰ moyſes īextricabil͛ auctoritate vocabuli: ac ſi diceret. hoc excedit intellectū meū: non poſſum capere niſi effūdatur. Audiat a maieſtate Ego ſum deꝰ abrahā deus yſaac ⁊ deus iacob. Vides effuſionem? Ecce deus angelorū vocat ſe deum hominū ¶ Curramꝰ ergo fratres in odore vngentorū iſtorū: curramus ad oleū de oliua ſpetioſa in campis expreſſū. nulla infectū amurca: nulla ſubſtantia tū amaritudine. Oleū quod exhilarat faciē hominis: quod ſanat vulnera: dolorē tollit: reddit ſanitatē. Nōne ſamaritanus noſter nobis a latrone peſſimo vulneratis/attulit vinū ⁊ oleum: ad purgandū ⁊ mitigandum vulner͛ magnitudinem? Sed multum olei. parū vini Multum miſericordie: iuſtitie parū Sic quippe decebat miſerātem: ſic miſero expediebat Nō intres in iudicio cum ſeruo tuo ait iuſtꝰ: quia nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo oīs viuens: ſꝫ corona me in mīa ⁊ miſerationibꝰ Veniens q̄ppe hodie quinq; vaſa attulit olei: nō niſi duo vini Spiritꝰ enim ſapiētie. intellectꝰ. cōſilij. ſcientie. pietatis. mīe dulcedinē ſonat: mīam fragrat: eructuat ſanitatem Fortitudo ⁊ timor vinū ſunt: ſꝫ hoc vino potatꝰ eſt potēs ille cū xp̄o in ſpū fortitudinis deſcēdit ad īferos nō timidꝰ ſꝫ timēdꝰ ¶ Videamꝰ nūc q̄re oleo cōꝑetur. Oleū ſi vos meliꝰ nō hēt͛: lucet paſcit ⁊ vngit. Ita facit xp̄i nomē. et ꝑ oīa ꝯſonat ꝯparatiōi Lucet p̄dicatū: paſcit recogitatū: īuocatū lenit ⁊ ūgit ¶ Vide qn̄ p̄clara luīaria lumē noīs hꝰ ſup eloquētie cādelabrū portauerūt. ſi nō illuxerūt choruſcatiōes dei orbi terre: ſi non in ſplendore fulgoris huius cōmota eſt et contremuit terra. In noīe iheſu criſti ſurge et ambula: dicit claudo princeps aplorū. Nōne quaſi fulgor exiliuit ab ore petri: cū noīatū eſt nomē quod ore dñi noīauit? Et ſtatim inq̄t cōſolidate ſunt baſes eiꝰ et plante. Vocabulū iheſu ſicut origenis lingua nobilior diffiniuit. dulce et glorioſum omni adoratu cultuq; digniſſimū: qđ nō priꝰ ab hoībꝰ decuit efferri in mūdū: ſed a quodam ſublimiori excellentioriq; natura. Omnes q̄ppe prophete nomen iſtud aut neſcierūt. aut penitꝰ tacuerūt: ⁊ reſeruata eſt p̄rogatiue dignitas archangelo gabrieli: q̄ ſācto ore ſācte virgini illud p̄mū euoluit ¶ // Nōne yſaias in exceſſu mentis raptus verbis archāgelicis eiſdē pene ſillabis conſentit vſq; ad ſancti noīs nouitatem? Paſcit reuera: nec eſt felicior paſtio in loco paſcue vbi nos dominus collocauit. Quid eque mentē cogitantis īpinguat? Nomē iheſu mel in ore: in aure melos: in corde iubilus. Omīs cibus qui non conditur hoc ſale: infatuatus eſt. Scriptura que non fuerit īterlita oleo tante deuotionis. inſipida eſt Olim michi tullius dulceſcebat: blandiebat et ſyrenes: vſq; in exiciū dulces meum incantauerūt ītellectū. Lex. prophete. euāgeliū. epiſtole. et omnis gloria ſententiaꝝ dñi mei ⁊ ſermoꝝ eius: aut parua videbatur aut nulla. Neſcio modo quid dulciꝰ michi īmurmurat filio yeſſe: qui vario ſermonū et ſentētiaꝝ concentu. omnes illos quos diligere conſueuerā. ineloquētes reddit et mutos. Lenit et vngit: quia nichil ſic recreat ī tribulatione. Deniq; et probare licet. Inuoca me inq̄t in tribulatione: eruā te et honorificabis me. Hoc eſt nomen: hoc eſt oleū: hec olei effuſio. Amen dico vobis: non deficiet hic lechitus olei nec minuetur. donec pluuiā volūtariā que ſegregata eſt hereditati eius diffuſius inſtillet: donec faciat celum nouū et terrā nouam: quia mīa eiꝰ ab eterno et vſq; in eternū ſup timentes eū. Sed iā ſurgamꝰ et preparemꝰ nos ad ſolēpnioris miſſe iubilationē. nec cordibus parcentes nec vocibus: ad honorē pueri qui natꝰ eſt nobis: q̄ eſt deꝰ in ſecula benedictus Amen.

¶ Sermo ſeptimꝰ vnde ſup. Vel potius debet legi in conceptione beatiſſime marie virginis

Exultate fratres in dño: quia de dña illa ſermo ſuccedit. que ſingularē in cordibus veſtris vendicat p̄ncipatū: que eſt ad cuiꝰ nomen humiliter inclinatis: cuiꝰ honoris reuerenter aſſiſtitis. cuiꝰ memoriā iugiter frequētatis. Hec eſt que veſtris affectibus ſuauiter īdulceſcit: qꝛ magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enī eiꝰ ſuper mel dulcis: in qua dulcis dñs cū omni ſua dulcedine ſuperuenit. Cū enī fecerit deus ōnia opera ſua valde bona: hic meliꝰ fecit ꝯſecrās in ea ſibi reclinatoriū aureū: vt ptꝰ tumultus angelorū et hominū. et reclinaret et requiē inueniret. Hoc eſt quod natura miratur. reueretur angelꝰ: veretur homo. ſtupet celū: extremit terra. infernus exhorret: in huiꝰ vtero maieſtas altiſſimi mirabiliter liq̄facta. ſicut adipe et pinguedine repleuit terras: infudit celos: īferna reſꝑſit. Hic exinaniuit ſemetipm̄ excelſus īmenſus: mēſurā bonā et ꝯfertā ⁊ coagitatā mittens in ſinū vr̄m. Hic diuinis manibꝰ vnctꝰ oleo leticie: ⁊ ſicut altare in ſignū pontificij ꝯſecratus. De altari hoc ad arā crucis aſcendens ꝓprio cruore tanq̄ alterꝰ generis oleo ꝑfuſus: iā non ꝯſecratus/ſed ꝯſecrans totū corpꝰ machine mūdialis. largiore liq̄mine ꝯſecrauit //

b Fateſcat ergo meror. triſticia fugiat: eliminetur dolor. rancor abſcedat: vt liceat vacare ⁊ videre cū moyſe viſionē hanc grandē: qualiter deus in hoc ventre ꝯcipiatur. decipiatur dyabolus: recipiatur perditū. indebitū accipiatur. Totū me trahit affectio: ſed orō deſtat: diuers cogitatio vocis paupertate ꝯfunditur. Feruent interiora/et inundoſā ebulliūt altitudinē: ſed frigiditas lingue aculos refrigerat exūdātes // Ex eſt b̄tiſſima: Nūquid ita ſenſi taciturnꝰ obdormiā: vt ibi mutus ſim vbi oīs loq̄tur creatura: Scriptū non tacebo et non quieſcā: donec egrediatur vt ſplendor vultus tuꝰ: ⁊ ſermo de te ꝯceptus. ſi non vt lā c pas: ſaltē vt ſcintilla accendat. Mouet fateor ꝙ diſponente deo peccāt racionales creature: ⁊ multis ānoꝝ milibus tam celeſtia q̄ terreſtria in caſſū ſtare videantur: ſemirutis illis: iſtis dirutis. Stat illa magna ciuitas. ciuiū ſuorum numeroſitate fraudata: et a ſtellantibꝰ palacijs. multiplex habitātiū multitudo ꝓpellitur. Obſcuratur ſtellarij ignes ſolē loquor et lunā et ſtellas: ⁊ multa ſui luminis claritate mutantur. Terra maledicitur. cū dampnatur hoīm ſucceſſio: et oīs creatura iuxta apoſtolū parturit et ingemiſcit. Tacet deus omnipotēs: et ordinans cūctis omnipotentia tantā diſſimulat confuſionē //

Tandē naſcitur maria. ⁊ ad nubiles annos egrediens ſpeciē induit ſpecioſā: que ipſū alliciat deū: et diuinitatis oculos in ſe ꝯuertat. Vide q̄d iā dicat ille: nō minimꝰ explorator ſecretoꝝ dei Audi ⁊ vide ⁊ īclina aurē tuā: obliuiſcē pplm̄ tuū ⁊ domū prīs tui: ⁊ ꝯcupiſcet rex decorē tuū: qm̄ ipſe ē dñs deꝰ tuus //

Germinet igitur virga yeſſe de tortuoſa radice generis humani et patriarcharū arbore in altitudinem ⁊ rectitudinem erūpens: omnem ignorat nodoſitatem. filiorum tenebras neſcit: fructuoſa que qꝫ non habet. Videt et ardet ille vehemens amator. et totum epythalamium in eius laudibus decantat: vbi manifeſte ſponſus inducitur. ſpirans amorem ſinceriſſimū: nec vltra valens diſſimulare quod patitur. Euocatur ſtatim celeſtis ille conuentus: et iuxta prophetam inijt deus conſilium. cogit conſiliū: facit ſermonem cum angelis de reſtitutione eorum: de redemptione hominū: de elementorum reuocatione. Illis ſtupentibus ⁊ mirantibus pre gaudio. queritur modus deceptionis: ⁊ statim de thezauro diuinitatis marie nomē euoluit: ⁊ ꝑ ipsam/ et in ipā/ et de ipā/ ⁊ cū ipā totū hoc faciendū decreuit: vt sicut sine illo nichil est factū. ita sine illa nichil refectū sit. Tradit eplā gabrieli: in q̄ salutatio vgīs icarnatio redemptoris: plenitudo grē. glorie magnitudo: multitudo leticie continetur. Missus ergo angelꝰ gabriel a deo: etiam anteq̄ ad vginē ꝑueniret: inuenit deū vginceis illapsū visceribꝰ: et maiestatē dei vginalis ventris breuitate cōclusam // ¶ O venter diffusior celis. terrisq̄ amplior. capacior elementis: qui totum claudit omnia concludentem: in quo deꝰ glorie reclinatur. Denique ⁊ archangelꝰ nō ait. aue maria replenda. sꝫ plena: nō dominꝰ veniet in te sed dominꝰ tecū: q2 inde totā eam sibi rapuerat spūs scūs: ⁊ celestibꝰ insignierat ornamētis. Iā cōsecrata erat in loco voluptatis: de quo fons iste debebat ascēdere qui vniuersam terre superficiem irrigaret. Satis huiusq̄ sparsimus verba: et volatias sermonibus diuersa ꝑseminauimꝰ: nūc insistamꝰ hic si forte aliqđ dignū elicere valeamꝰ. Fluuius ait scriptura egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū vniuersā supficiē terre: qui inde diuiditur in quatuor capita. Fluuiꝰ iste ē dn̄s meꝰ ihūs. q̄ de duobꝰ locis voluptatis egreditur. ex vtero patris. ⁊ ex vtero vginis. Vn̄ ꝓpheta. Dn̄s deꝰ noster fluuius gloriosꝰ: exiliens in terrā sitiētē. Sꝫ ineffabilibꝰ differentijs longe aliter a patre q̄ a matre egreditur: quia et si hec tēꝑalis natiuitas gloriosa est: multo gloriosior est eterna. // ¶ Hortātibꝰ vobis de vtraq̄ generatiōe volo aperire qđ sentio: nō q̄ aliqđ exponere ꝑsumā. cū hoc vltra oīm vires. quantomagis vltra meas sit: ⁊ extreme demētie sic velle fari ieffabilia. maxie hoīem ipeditū. Nō enī oblitꝰ sū salomonē dicētē. Dicit qui nimiū comedit mel. euomit illud: sic qui scrutator ē maiestatis opprimetur a gloria. De vtraq̄ enī ꝑ ꝓpham dici puto Generationē eiꝰ quis enarrabit? Quia et patris illa ineffabilis et inaccessibilis est: ita ꝙ nulli ꝑuia creature. Hoc sensu credo apłm dixisse de deo: qui solus habitat lucē inaccessibilem: cū etiam priores nature tāto reuerberentur intuitu: nec possint irrumpere tante claritatis abyssum. Ipse enim filiꝰ protestatur. nemo nouit filiū nisi pater: neq̄ patrē quis nouit nisi filiꝰ. ⁊ cui voluerit filiꝰ reuelare. Non sicut est: sed sicut capere potest: cui tanta dignatio reuelatur. Vn̄ et illa sublimis aīa: que vsq̄ ad tertiū celū in diuicias glorie rapta fuerat dicit: ego me non arbitror omia cōprehēdisse. Verissima ergo diffinitio est: quia illā gignētis et geniti generationē nullꝰ omnino penetrat intellectꝰ. Hanc etiā de matre: omni humane creature reor inextricabilem: ⁊ nescio vtrum ab illa excellētiori Angelica natura valeat comprehendi. Quis enim comprehendat vnitionem carnis et verbi: qualiter deus et homo in vnam personam conueniat/ saluis imperturbabiliſq; ꝓprietatib9 naturarū? Vnuſqſq; in ſuo ſenſu abūdat: ego hāc omnē ſenſum ſupgredi credo veterꝫ virorū veſtigijs inherēs: q̄ ſuper hec ſanas ⁊ inconcuſſas ſn̄ias reliq̄rūt ¶ Ad paternā igit᷑ generationē recurrētes. loca voluptatis pr̄em eſſe cēſem9: cū de9 illocalis ſit. ſꝫ efficacias rerū. niſi per vulgatos ſermones explicare nō poſſum9 In ip̄o autē omnē voluptatē ēē itelligit/ q̄ legit aplm̄ dicētē: qm̄ ex ip̄o et ꝑ ip̄m et ī ip̄o ſunt oīa: ⁊ aliū ex illo duodeno apice ſimiliter eructātē: oē datū optimū. ⁊ omne donū ꝑfectū deſurſū eſt deſcendēs a pr̄e luminū. Ipſe etiā fili9 dicit. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt te ſolū verū deū. Cognitio igit᷑ patris vita eterna eſt: ⁊ vbi vita eterna ibi ſempiterna voluptas ¶ Egreditur ergo fluui9 de loco voluptatis: quia gignitur de vtero pr̄is. deus de deo. lumē de lumīe. de dn̄o dn̄s Egreditur aūt ꝓprietate: qꝛ idē ē cū patre. Idē dico ſcd̄m ſbām: nō ſcd̄m ꝑſonā Egredit᷑ ⁊ eq̄litate: qꝛ pr̄is oīpotentiā reſpicit generatē: cū oia q̄ poſſit pat᷑/ poſſit hec et filius: ſicut ip̄e teſtatur. Oia q̄ facit pr̄/ facit et fili9: nec pōt fili9 facere quicq̄. niſi qd̓ viderit pr̄em facientē. Egreditur ⁊ eternitate. qꝛ licet generetur. nō eſt poſterior generatē: ſed ābo vnius ātiquitatis ſūt: ſi tn̄ vocabuli nouitatē non exhorretis: qd̓ licet quoquomō ſignificet que dicitur. lōge tn̄ eſt a ſūie maieſtate. Egreditur ſimilitudīe: q̄a ſimilis eſt patri. pr̄is ymago. ſplendor glorie: ⁊ figura ſubſtātie eius. Egreditur alternitate: quia alius eſt ab illo: alius dico nō aliud Ego inquit ⁊ pater vnū ſum9. Vnū dixit non vn9: quia vnum ſignificat ſubſtātie vnitatem: vnus vero perſonarum proprietatem. Hic igitur et longe excellentiori modo de patre filius egrediens inūdat angelicas ſtationes: quia iuxta ſalomonē fons ſapiētie verbi dei in excelſis. Cythared9 puer de hoc fonte pleno vētre potauerat cum diceret: apud te eſt fons vite: et in lumine tuo videbim9 lumē Apud te inquit eſt fons vite: quia tu non ſolum vita. ſed et filius tu9 fons vite eſt. Et vt patenter quod ſentiebat oſtenderet. ſubiunxit. In lumine tuo videbimus lumen: ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem terre. Quenam terra eſt in illa celorum ſummitate repoſita: quā ſuperfluat et irriget fluuius glorioſus? Regnū celorū: terra viuentium eſt. Vnde. credo videre bona domini: in terra viuentiū: ⁊ placebo domino in regione viuorū. Irrigatio hec indicibilis eſt. Inebriantur quippe angeli ab vbertate domus dei: ⁊ torrente voluptatꝭ eius potantur. Hic quid dicam neſcio: quia plurimus ſtupor ſenſum opprimit aſſurgentē. Vbi ſunt oratorij ſermones: quos in fornace rethorica omnis ille philoſophorum conflauit chorus? Vbi ſunt gygantes a ſeculo nominati qui ab initio fuerunt: magni ſtatura. ſciētes bellū. languētes circa pugnas verborū? Nūq̄d nō maxim9 ille gygas (platonē loqꝛ) ab itel

lectu tam purissime veritatis repul
sus est? Nūquid acerrimo mentꝭ in
genio tangens ſꝫ non attingens di
uinitatem dei dicit: vnū inueni qđ
cuncta operetur. et aliud ꝑ quod cūc
ta efficiūtur: terciū autem nō potui
inuenire? Recte de spū scō inscius q̄
illi nō erat īfusus: qui scātium reue
lationū magister est: q̄ reuelat pau
lo q̄ ocul9 non vidit sicut idem apos
tolus gloriatur. nobis inquit reuela
uit de9 Per q̄d aplē? Per spm̄ scm̄
nō ꝑ spm̄ nr̄m: ꝑ quē sicuti philoso
phi ⁊ seducti sūt ita ⁊ seduxerūt Ille
nr̄ philosoph9 q̄ sup senes ⁊ sup oēs
docētes se intellexit: q̄d sup hoc sen
serit audiam9 Rigans montes inq̄t
de supiorib9 suis. De sublimiorib9
quippe angelos: qui non ꝑ speculū
in enigmate: sed facie ad faciem ip
sā dei substātiā luminib9 indefessis
aspectāt //¶ Seq̄tur Qui inde di
uidit in q̄tuor capita. In q̄ quatuor
capita? Dicam9 breuit: qz grādis
1 nobis restat via In āmiratione: q̄
vel fragilitate cōplexionis humane
bibūt de torrēte voluptatis et tota ob
stupet illa dignior creatura de crea
2 toris gloria. Et glē ratione in puri
tatē: quia nō in vase testeo. ſꝫ remo
to velamine hauriūt aquas in gau
3 dio de fontib9 saluatoris In sacieta
tem: quia ⁊ si desiderāt in eū prospi
cere non tū desideriū necessitatē vel
necessitas miseriā induat: sed mira
biliori modo. et semp desiderant vt
semp sacientur: ⁊ semp sacientur vt
4 semp desiderent. In securitatē: qz de
sua stabilitate certe perhēnib9 gau
dijs īmerguntur. expectātes beatā
spem ⁊ aduētū glē magni dei: quā
do fiet vnū ouile ⁊ vn9 pastor: ⁊ sup
na illa ihr̄lm̄ ꝯsūmabitur in idipm̄
//¶ Hic īfluit fluui9 iste ꝑ āgelicas
officinas: ſꝫ hec oīa fides capit: nes
cit ratio: intellect9 ignorat human9
Hec sunt fortassis illa q̄tuor q̄ vas
electiōis felici q̄ternario in eplā ad
hebreos xij°. vidit dicēs. Nō acces
sistis inq̄t ad montē fumantē. ſꝫ ad
montē syon: ad iherusalem ciuitatē
dei viuētis: ad multoꝝ miliū ange
loꝝ frequētiā: ad eccliam p̄mitiuoꝝ
ascriptā in celis //¶ Nūc accinga
m9 nos ad videndū qualiter egredi
atur de ỽgine: quia egressio ista dul
cior et affectuosior est humane mise
rie: q̄ intuentiū pectora cōcutit. et ir
rorat oculos: ⁊ beatꝭ fontib9 vult9
amantiū ꝑfundit Hic locū volupta
tis vterū marie intelligo. in q̄ cumu
lauit oēs delicias deliciarū dn̄s: de
cui9 delicijs spūs scūs admiratorio
sermone in amoris cantico eructat.
Que est ista que ascēdit de deserto
delicijs affluēs? Nūquid in āgelis
voluptatē habet altissim9: ī q̄b9 ipse
repperit p̄uitatē? Nūq̄d in ꝯstellatio
ne vel scintillatiōe stellarū: quarū a
lie ꝯuertūtꝭ in sāguinē. alie cadūt de
celo. alie ī tenebris obscurātꝭ? Nū
q̄d ī aere vel igne vel vētis? Nec q̄
ī igne dn̄s. nō ī ꝯmotiōe dn̄s/ nō ī
spū dn̄s: si ver9 ē ille q̄ ī curru igneo
et equis igneis est assumptus in ce
lum. Nunquid in aquis vbi furens
et tortuosus leuiathan īmoratur:
aut in terra que sub maledicto ode
spinas emittit ⁊ tribulos? Non est
locus voluptatꝭ nisi vter9 virginis

Ex hoc egreditur humanitate: qꝛ vestitꝰ aliq̃s nr̃e mortalitatꝭ visibilꝭ humanis oculis apparuit: de vgĩe virgã· de libro aũt generationis lineã faciens diuinitatis humanum innexuit: quẽ carne operuit vginali: vt draco magnꝰ illectus ad carnem· ferrũ diuini numĩs subsentiret Egreditur ⁊ cũ nouitate: qꝛ nũq̃ sic natꝰ est hõ sicut nascitur Primꝰ enĩ hõ p̃mo de terra formatꝰ: secundo mulier ex eiꝰ latere fabricatur: tercio capn cõsuetudinario nascẽdi ordine gignitur ab vtroq̃· Solus iste de sola virgine nascitur· ⁊ virginis vterũ nouo ⁊ singulari partu diuinitas humanata sigillat· Vbi nũc aristotilice subtilitatis facunda quidẽ sed infecũda loquacitas: si peperit/cũ viro concubuit: Velit nolit vertitur in habitum priuatio: nec astringitur dyaleticꝭ terminis omniũ terminatoꝛ: ad cuiꝰ imperiũ perit natura/dissuescit cõsuetudo Egreditur etiam cũ claritate: nascente q̃ppe illo· sepelitur omĩs illa stellantiũ luminũ luminosa serenitas ⁊ stella cãdidioꝛ lucidioꝛibꝰ radijs p̄scintillãs totã sibi celi rapit portionem· Ambulãt reges in splendore ortus eiꝰ: qm̃ ecce reges cõgregati sunt: ꝯuenerũt in vnũ· Ipsi videtes sic deũ ⁊ hominẽ nascentẽ· mr̃em ⁊ virginem parientem· ammirati sũt conturbati sunt· commoti sunt: tremoꝛ apphendit eos in tantoꝝ luce miraculoꝝ· Egreditur ⁊ cũ paupertate: qꝛ pãnis vilissimis recinatꝰ: iam extunc sanctissimis membris· legem martirij p̄figebat· Egreditꝛ occulte: quia subtilissimꝰ ille fraudium inuestigatoꝛ· tãte ab altitudine dig̃tionis excluditur· Hinc ẽ ꝙ ambiguis alternatiõibꝰ fatigatꝰ illũ temptat: nũc temptatũ filiũ appellat altissimi: nũc instruit crucem· nũc destruit· mandũs per mulierem consuetũ sibi organũ· nichil tibi ⁊ iusto illi /// Sequitur· Ad irrigandam vniuersam superficiẽ terre: ad terrenã miseriã expiandã: quã nob in hẽditate p̃mꝰ ille pctõꝛ reliq̃rat Volo vt apostolꝰ hic cũ michi sicut et superiꝰ ĩ quatuoꝛ capita distribuat: quia secũdꝰ eiꝰ expositionem suscipio· Qui factꝰ est nobis inquit sapiẽtia· iusticia· sanctificatio· redemptio· Ad nos quippe veniẽs qui eramꝰ in carcere· primo omniũ tenebras ignorantie nr̃e depulit luce sapiẽ sue: demũ ꝑ iusticiam q̃ ex fide est soluit funes pctõꝛũ nr̃oꝝ: sanctificãs nos in suo corpe: redimens in corporis passiõe· Dñs enim soluit cõpeditos: dñs illuĩat cecos: scificat tabernaculũ: de manu redimit inimicí // Diuiditur ⁊ in paciẽtiã qua peccatores sustinet: in misericordiam qua peccatores fouet: in largitatẽ qua proficiẽtes exaltat: ĩ foꝛtitudinem qua perficientes conseruat· De hoc secundo quaternario toto hoc aduẽtu vestre fraternitati confabulatus sum· per fluminũ decursionem ⁊ noĩm interp̃tationẽ: moralia misticis interneciẽs: vtrũ aliq̃d digne vos viderítꝭ· Uerum nõ omnia possumꝰ presenti sermone tractare: fastidium euitantes /// Habeo ego quatuoꝛ capita dulcioꝛa prioribus· que fortassis vestris cordibus dulcius cōplacebunt· Dominus enim vester eleuatꝰ ī cruce largissimas sanguinis vndas a quatuor partibꝰ sui corꝑis habūdantius emanauit⸫ spinis enī pūgentibus sāctissimū caput/niuea ceruice reflexum·et clauis pedes ⁊ manꝰ/ ⁊ lancea latus eius trāsuerberātibus preciosus sanguis emanauit: cuiꝰ aspersione iudex trāsit in patrē·iratus in mitem⸫ in misericordiā virga: captiuitas ī coronā· Xp̄istꝰ ergo fōs lateēs ⁊ occultꝰ in celis: fons patēs et apertus in terris Illic de vtero patris: hic egredit̄ de vtero virginis Illic viuēs terrā irrigat viuentiū: hic moriēs terrā morientiū Illic diuiditur ī quaternariū inmutabilē: hic ī dulcem Dulcis dn̄s/dulcis domina⸫ quia ille dn̄s meus· misericordia mea: hec dn̄a mea· misericordie porta· Ducat nos mater ad filium·filia ad patrē⸫ spōsa ad sponsum: qui est deꝰ bn̄dictus in secula Amen

¶ Sermo de natiuitate dn̄i·

Tandem de mari ad portū de promisso ad p̄mium: de labore ad requiē⸫ de desꝑatiōe ad spē: de via ad patriā peruenimꝰ Descripserat siquidē nobis frequētibus epistolis calamꝰ scribe· velociter scribētis· expecta reexpecta⸫ ſꝫ nos quod subiungit̄ dicere poteramꝰ: modicū ibi ⁊ modicū ibi· Precurrerāt cursores ꝓmissione diuites: ſꝫ exhibitione pauperrimi· Dicebat aliꝰ viriliter age ⁊ confortetur cor tuū ⁊ sustine dn̄m⸫ alter vero· si morā fecerit· expecta eum: quia veniēs veniet Pari consilio exierāt de sāctuario dei: nichil secū nisi promissionū multitudinem reportātes Unde ⁊ cytharista noster iā dormitauerat pre tedio: et in ipsum deū tantis oblocutionibꝰ totam culpā modis flebilibus intorquebat· Tu vero inquit repulisti ⁊ despexisti: distulisti xp̄m tuum De flebili quoqꝫ ad īpatiuū conuersus est: exagitāte īpacientia· que īpudentie ⁊ frōtositatis mater est Qui sedes sup cherubin maifestarē Ut quid tam diu dn̄atrix sedes in cathedra·circūuallātibus ⁊ vallātibus angelis· nō respicis sup filios hominū⸫ quos absorbuit ⁊ obscurduit iniquitas ꝑ adā quidem cōmissa: sed a te ꝑmissa⸫ Memorare que mea sit substantia / ad tue substantie similitudinem fabricata⸫ qꝛ ⁊ si omnis homo viuēs vanitas est: in ymagine tamē tua pertrāsiens vanitas esse nō potest Nunqd ita vane constituisti ōnes filios hominū· de quibus dicis ⁊ delicie mee esse cū filijs hoīm⸫ vt eos verberet ⁊ diuerberet a te malignꝰ ille deceptor qui decipe nisi te ꝑmittente nō potuit⸫ Inclina celos tuos ⁊ descēde⸫ et illos misericordes oculos miserꝭ īflecte peccantibus: vt saltem nō in perpetuū obliuiscaris nos· Hec quidē iste ſꝫ gemitibꝰ ⁊ crupinis intortꝰ: tāte p̄sumptiōis sniam abiurabat· Dixi inquit custodiā vias meas: vt non delinquam in lingua mea·

¶ Sed ⁊ ille vir nobilis et profundi sermonis vrbanitate perlucidus/ affectuosis excessibus incalescens⸫ propter syon inquit non tacebo: et propter iherusalem non quiescã et cetera. Utinã ait disrũperes celos ⁊ descenderes: ⁊ alia multa q̃ fastidiosa ꝓlixitas vetat iserere Hic etiã morosioris grẽ longinquitate suspensus ⁊ nimietate doloris excedens ipaciẽs oblatrat dicens Ecce gentes quasi non sint sic sunt corã eo: quasi nichilũ ⁊ inane reputate sũt ei //

¶ Iheremias quoq in vocem gratulabunde laudis aduerbio demonstrãdi prorũpens: ecce inquit faciet dñs nouũ super terrã: ⁊ mulier circũdabit virũ Sed tñ repẽtine submersionis lacrimis edocet: vt prius lamentũ xp̃i suscipiens q̃ aduentũ cõticescat //

¶ Danieli dicitur: visio est in dies ⁊ in tempora longa Et ezechiel tãtis caliginib9 inuoluitur vt vix dinosci possit vnde veniat. aut quo vadat. Deniq oĩs ille ꝓphalis cõuentus longa tardãtis gracie morositate ꝑtesus: nũc rogando. nũc cõquerendo variat oracionem: et plerũq sermonib9 exoratiuis ĩdignatorios ĩtermiscet Nos quoq satis eos audiuimus: et nobis in fastidiũ relegũtur Iã fugit moyses. impediciores siquidẽ lingue factus est nobis: ysaie labia imunda sunt. iheremias nescit loqui quia puer est: ezechiel polluto pane vescitur. ozee fornicariã ⁊ adulterã duxit vxorem: daniel post visionẽ grauiter infirmatur. Omẽs ꝓphẽ elingues sunt ⁊ muti: iã letari et exultare nõ possum9. nisi osculetur nos osculo oris sui. Auditi ⁊ exauditi estis: adest benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei: que vel differri non patiatur amplius amorẽ languentiũ //

Sed dicendum eſt iam: quid in hac circūciſione nobis ſpecialiter indicitur agendum. Neqꝫ eſt ſine cauſa in lege preceptum. nec ſine cauſa in domino completū eſt: vt in octauo die fieret circūciſio. Sed quis cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Aſſit nunc noſtris deſiderijs aduocatus ſpiritus/ qui ſcrutatur alta dei: ⁊ ediſſerat nobis ſacramentum iſtud octaue diei //

Non ignoramus iam oportere hominē naſci denuo: nā propter hoc ſecundo natus eſt filius dei. In peccatis ſiquidem naſcimur omnes: ⁊ neceſſe habemus renaſci in gracia/ quā in baptiſmate quidem percepimus: ſed totū perijt in ſeculari vita Nūc primū miſerante deo virtus gracie in nobis operatur: vt in nouitate vite ambulemus. Ergo naſcitur homo quādo ſol iuſticie ortus in animo. peccatorum illuminat tenebras: horrendumqꝫ dei iudicium internis obtutibꝰ offert: addēs ad terroris vinculū breuē dierū numerum. et finem incertum Hec plane veſpera eſt ad quā demorabitur fletus: et neceſſe eſt addi matutini letiā: vt auditā faciat nobis miam ſuā. Hic eni ſit veſpere ⁊ mane: dies vnus. Eſt autē dies iſta iuſticia. 1 reddens cuiq₃ quod ſuū eſt: nobis miſeriā. miam deo. In hac die puer naſcitur: qn̄ ex hijs que diximus ad amorē penitētie/ ⁊ odiū peccati animus excitatur. Sed periculoſū eſt ſi forte velit inter ſeculi turbas agere penitentiā: vbi nimirū alij venenatis perſuaſiōibus. alij vndiq₃ exemplis peioribus ad peccatū alliciant: alij adulatiōib⁹ in vanā gloriam. alij detractionib⁹ in īpaciētiā animū eius deijciant // Procedit 2 iam neceſſe eſt prudētie radius: oſtendat quātas ⁊ q̄₃ īportunas preſertim in hac generatione opportunitates ⁊ occaſiones peccati offerat mūdus ⁊ ingerat: q̄₃ debilis ſit ad illas humanus anim⁹/ maxime qui peccati ꝯſuetudīe ſit nutrit⁹. In hac ergo die prudētie/ eligat de preſenti ſeculo neq̄₃ fugere: dicens cū propheta. Odiui eccleſiā malignātiū: ⁊ cū ipſis non ſedebo. Sed nondū ſufficiat hoc: forte enim vult eligere ſolitudinem: non ſatis attendens propriā infirmitatē: ⁊ periculoſam dyaboli luctā. Quid eni periculoſius. q̄₃ ſolū luctari cōtra antiqui hoſtis verſucias: a quo videatur ⁊ quē videre non poſſit: // Itaq₃ iā fortitudīs diē habet neceſſariā: vt nouerit cuſtodiēdā ad dominū fortitudinē. ⁊ in acie multorū pariter pugnātiū eſſe querēdā: vbi tot ſint auxiliarij quot ſocij: ⁊ tales qui dicere poſſunt cū apoſtolo: quia non ignoramus aſtucias eius. Cōgregatio ei pro fortitudine ſua terribilis eſt: vt caſtrorū acies ordinata. Ve autē ſoli: quia ſi ceciderit non habet ſubleuantē. Et ſi cuiq̄₃ ex antiquis fratrib⁹ grām hanc conceſſā audiuimus: nec expedit temere ſe huic cōmittere periculo. nec oportet temtare deū: ſicut et magiſter noſter de anachoritis loquēs: qui non conuerſionis inq̄t feruore nouicio. ſed monaſterij probatione diuturna didicerunt contra dyabolū. multorū iam ſolatio docti pugnare. Itaq₃ in hac fortitudinis die. ad id quod iam ceperat/ id eſt odiui eccleſiā malignātium: caā addit quod ſequitur. Lauabo inter īnocentes manus meas. Verū cū eligit eſſe in cōgregatione multorū: nūquid elegit eſſe magiſter qui nondū diſcipulus fuit: ⁊ docere quod didicit nūq̄₃: Quo aūt in ſe aut in alijs/ mot⁹ irrationabiles poterit temꝑare: Nemo carnē ſuā odio habuit. Quomō ergo putatis ſi iam magiſter ſuus fuerit iſte: q̄n facile ſibi aliquādo eo amplius quo familiari⁹ condeſcēdat: // Illuceſcat g̃ dies tēperantie: vt q̄rat quō temꝑari ⁊ refrenari poſſint incōtinētes mot⁹ voluptatis: beſtiales motus curioſitatis: ceruicoſi motus elationis ſue. Eligat abiectus eſſe in domo dei ſui: et ſubiectus eſſe magrō ſub q̄ frāgat ei⁹ volūtas. ⁊ obic fie no cōcupia tēꝑmat: ſic qd̄ ait ꝓpha. Impoſuiſti hoīes ſr̄ capita nr̄a. Nec dedignādū ſuo qd̄ ꝑceſſit ī dn̄o: ſiq̄dem non eſt ſeruus maior domino 3 ſuo Ille eñi cum iam creuiſſet etate et ſapientia/ ⁊ grã apud deum et homines ⁘ cum iã duodecim ãnoꝝ eſſ3· ⁊ remanſiſſ3 in iheruſalem: inuentꝰ a beata virgine/ et a ioſeph cuiꝰ filius putabatur in medio doctoꝝ audiens illos ⁊ interrogans: tamẽ deſcendit cum illis/ et erat ſubditus illis Et tu ergo ſubditus eſto ꝓpter illũ ❧ Sed iã tibi in ipã obediẽtie via aliqua fortaſſis dura ꝟl aſpera occurrere pñt ⁘ vt accipias interdũ precepta nõnulla que licet ſalubria ſint: minꝰ tamen ſuauia videantur Hec ſi moleſte ceperis ſuſtinere ⁘ ſi dijudicare p̄latum· ſi murmurare in corde ⁘ eciã ſi exteriꝰ impleas quod iubetur: nã eſt hec virtus paciẽtie· ſed velamen malicie /// Neceſſe ē ergo vt tibi illuceſcat dies pacientie: ꝑ quam oĩa dura ⁊ aſpera tacita amplectaris ꝯſcientia ⁘ te magis diiudicãs et durꝰ arguẽs· cui nimirũ diſplicent que ad ſalutẽ ſunt: et ĩ cogitatione tua ſemper partẽ magiſtri quoad potes/ aduerſus temetipſum iuuans· te in omnibꝰ accuſare: ipm̄ vero magis excuſare laborãs ///

Porro in hoc loco cauendũ tibi arbitror a ſuꝑbia Magnũ eſt eñi omnino ſic vincere ſemetipm̄· Melior ē eñi ait ſalomon patiens viro forti: ꝟl qui dñatur animo ſuo expugnatore vrbiũ· Cõſidera deniq3 q̄ manifeſte ꝓpheta doceat neceſſariã eſſe humilitatẽ prꝰ patientiã dicens Verũptamẽ deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̄ ab ipõ eſt pacientia mea· None videtur hic occaſione patientie· tẽptacionem ſenſiſſe ſuperbie ⁘ Neceſſe eſt ergo vt illuminet cor tuũ radiꝰ humilitatis: ⁊ declaret quid a te ſit· quid a deo ⁘ vt non altum ſapias: qm̄ deus ſuꝑbis reſiſtit· humilibus aũt dat grãm // ❧ Iam vero cum ĩ hijs diutiꝰ fueris exercitatus/ roga deũ dari tibi lumen deuotionis· diẽ ſereniſſimũ et ſabbatum mentis ⁘ in quo tanq̄ emeritus miles a laboribus vniuerſis viuas abſ3 labore: dilatato nimirũ corde curres viam mandatoꝝ dei· vt qđ pͥus cũ amaritudine ⁊ coactioẽ tui ſpũs faciebas: de cetero iam cum ſũma dulcedine pagas ꝟl delectatione· Hanc ni fallor petebat qui ait· Remitte michi vt refrigerer· Ac ſi dicat· Quouſ3 in labore ⁊ dolore iſto crucior ⁘ ⁊ morte afficior tota die ⁘ Remitte michi vt refrigerer Verũ ad hanc quidẽ ꝑfectionem pauci ni fallor perueniunt in hac vita Neq3 enim ſi quis aliquãdo videtur hanc habere/ continuo credat ſibi neceſſe eſt: maxime ſi nouicius eſt· at nec per prefatos aſcenderit gradus· Pius enim dominus puſillos corde blandicijs talibus ſolet allicere: ſed nouerint qui eiuſmodi ſũt· gratiam hanc ſibi preſtitam nõ datam ⁘ vt in die bonoꝝ memores ſint maloꝝ: et ĩ die maloꝝ nõ immemores ſint bonoꝝ Longe aliter qui exercitatos habẽt ſenſus· deuotioĩs huiꝰ felici iocũditate fruũtur· Sed multi tota vita ſua ad hoc tendũt: ⁊ nũq̄ pertingunt Quibus tamen ſi pie et perſeueranter conati ſunt: ſtatim vt de corpore exeũt redditur qđ in hac vita diſpenſatorie eſt negatum ⁘ illuc perducente eos ſola gratia quo prius tendebant ipsi aūt gratia: ut consummati in brevi expleant tempora multa. ¶ Illis vero qui ad hanc devotionis gratiam ꝑveniunt unum videtur restare periculum: et omnino timendum eis a demonio meridiano. Ipse eni sathanas transfigurat se in angelum lucis. Hoc ergo timendum ei qui tanta delectione omnia facit. ne dum sequitur affectionem/corpus destruat per īmoderatam exercitationē: ac deinde necesse habeat non sine magno spiritualis exercitij detrimēto. circa debilitati corꝑis curā occupari // ¶ Ergo ne hec incurrat qui currit. illuminari necesse est lumine discretionis: que mater virtutū est et consūmatio perfectionis. Hec nimiū docet ne quid nimis: atqȝ hec est octava dies in qua circumciditur puer: quia discretio vere circūcidit. ut non plus nec minus fiat. Nam qui nimius est. fructum boni operis abscindit non circūcidit: sicut qui tepidus est et minus facit. In hac ergo die nomen imponitur. et nomen salutis: nec de eo qui sic ꝯversatur dubitem dicere. ꝙ sui ip̄ius salutem operatur. Vsqȝ ad hunc enim diem dicere possunt angeli qui noverunt secreta celestia: sed ego nunc primū ei fiducialiter salutis nomen impono. At vero quia omnino rara ista avis est in terris: huius discretionis locum suppleat in vobis fratres virtꝰ obedientie: ut nichil plus nichil minus nichil aliter q̄ imperatum sit faciatis.

¶ In epyphania domini sermo primus beati bernardi abbatis de triplici apparitione

Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Gratias deo per quem sic habundat consolatio nostra in hac ꝑegrinatione: in hoc exilio. in hac miseria. Super hijs nāqȝ sepius vos āmonere curamꝰ: ut nunq̄ mente excidat peregrinos vos esse: longe factos a patria. pulsos hereditate. Quisquis enim desolationem non novit: nec consolationem agnoscere potest. Quisquis cōsolationem ignorat esse necessariā: superest ut non habeat dei grām. Inde est ꝙ homines/seculi negocijs ⁊ flagicijs īplicati. dū miseriā nō sentiūt: miam nō attendunt. Vos quibꝰ nō frustra dictū est. vacate ⁊ videte qm̄ suavis est dñs. Et de quibꝰ idē ꝓpha. virtutē inq̄t opm suoꝝ ānūciabit populo suo: vos inquā q̊s nō detinet occupatio secularis: attēdite q̄nā sit ꝯsolatio spiritalis. Vos q̄ nō ignoratis exiliū: audite qꝛ de celo venit auxiliū // ¶ Apparuit eī benignitas et hūanitas salvatoris nr̄i dei. Prius q̄ appareret humanitas: latebat benignitas. Siquidē ⁊ prius erat. nā mīa dñi ab eterno. Sȝ vñ tāta cognosci poterat? Promittebat ⁊ nō sentiebat: vñ ⁊ a multꝭ nō credebat. Multifarie quippe multisqȝ modis/loquebatur dominus in prophetis: ego inquiens cogito cogitationes pacis. et non afflictionis.

Sed quid videbat hō afflictionem sentiens ⁊ pacē nesciens? Quousqȝ dicitis pax pax. ⁊ nō est pax? Propter quod angeli pacis amare flebāt dicētes. Domine quis credidit auditui nostro? Sed nunc credant homines vel visui suo: quia testimonia dei credibilia facta sunt nimis. Ut enim nec turbatum quidem lateat oculū: in sole posuit tabernaculum suum. Ecce pax non ꝓmissa/ ꝫ missa: nō dilata sed data: nō ꝓphetata/ ꝫ p̄ntata. Ecce quasi saccum plenū misericordia sua de9 p̄r misit in terram: saccū inquā in passione concidendū: vt effūdatur qđ in eo latet preciū nostrū. Datū vtiqȝ et si paruū. ꝫ plenū. Paruul9 siquidē datus est nobis: sed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Postqȝ enī venit plenitudo tp̄is: venit ⁊ plenitudo diuinitatis. Venit eī in carne. vt vel sic carnalib9 exhibēt: ⁊ apparēte humanitate benignitas agnosceret. Ubi eī dei innotescit humanitas: iā benignitas latere nō poterit. In q̄ eī magis cōmēdare poterat benignitatem suā: qȝ suscipiendo carnem meā? Meam inquā nō carnē ade: id est qualem ille habuit ante culpā. Quid tantopere declarat ei9 miām: qȝ qꝫ ipsam suscepit miseriam? Quid ita pietate plenū: qȝ qꝫ dei verbum ꝓpter nos factum est fenū? Domine quid est homo qꝛ reputas eū? aut quid apponis erga eū cor tuū? Hic attēdat homo quāta cura eius sit deo: hinc sciat quid de eo cogitet. aut quid sentiat. Nō interroges o homo ea que pateris sed que passus est ille: quantū te fecit ex hijs que pro te passus est agnosce: vt appareat tibi benignitas ei9 ex humanitate. Quāto enim minorem se fecit in humanitate: tāto maiorem exhibuit in bonitate. Et quāto pro me vilior: tanto michi carior est.

// ¶ Apparuit inquit apostolus benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei. Magna plane ⁊ manifesta benignitas. dei humanitas: ⁊ magnū benignitatis indicium declarauit. qui humanitati addere dei nomen curauit. Et quidē ad mariā missus gabriel angelus filium dei loquitur: sed nō nomīat deum. Benedictus deus qui talem nobis de nobismetipsis angelū dedit: vt noster ipse suppleret. qđ ille nō dixit. Nam et ipse spm̄ dei habuit. ⁊ ei9 spū locut9 est. qđ nob valde necessarium fuit. Quid enī sic instruit fidē. spem roborat. caritatē accēdit. quō humanitas dei? Sȝ āgelo nrō id reseruatū est: quod alij tacuerūt. Neqȝ enī oēs oīa dicere cōgruū erat: vt a diuersis diuersa colligere gratulemur: ⁊ debitas singulis gracias referam9. Attn̄ vnū est in quo conueniūt aplūs ⁊ angeli. qui de xp̄i natiuitate loquūtur. id est in nomine saluatoris. Ad mariā quidē tanqȝ plenī9 edoctam per spm̄. gabriel loquens indicat nomē solum: ⁊ vocabis inquiens nomen ei9 ihesum. Ad ioseph veniens angel9/ nō solū nomen protulit. ꝫ causam ei9 interꝑtatus edocuit dicens: et vocabis nomē ei9 ihesū: ipse enim saluū faciet ꝓplm̄ suū a pc̄cis eorum. Sȝ ⁊

paſtoribus quoq; annūciat gaudiū magnum: natum illis ſaluatorem xp̄m dominū. Simile quid paulꝰ loquitur. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei. /

Sū dulce nomen nullus ex ipſis tacuit: quia h̄ michi neceſſariū fuit. Alioquin quid agerē audiens dominum venientē? Nunquid non fugerē ſicut adam q̄ a facie eius fugit? ſed non effugit? Nōne deſperarē? audiens quia venit ille cuiꝰ legem ſic preuaricatus ſum. cuiꝰ pacīa ſic abuſus ſum. cuius beneficio tam ingratus inuentus ſū? Que vero maior poterat eſſe conſolatio? q̄ꝑ in dulci vocabulo. in nomine cōſolatorio? Propterea et ipſe dicit quia non venit vt iudicet mūdum: ſed vt ſaluetur mūdus per ipſū. Jam confidenter accedo? iam ſupplico fiducialiter. /

Quid enim timeā? quādo ſaluator venit in domū meam? Ei ſoli peccaui? donatum erit quicquid indulſerit ille: vtiq; enim licet ei qd̄ vult facere. Deus qui iuſtificat? quis eſt qui condempnat? Aut q̄s accuſabit aduerſus electos dei? Propterea gaudere nos oportet q̄ꝛ in terrā venit: nunc ad indulgentiā facilis erit Deniq; ꝑuulus eſt: leuiter placari poteſt Quis enī neſciat? q̄a puer facile donat? Ecce ſi non fuerit nobis pro minimo: poſſumus reconciliari pro minimo. Pro minimo īquam nō ſine penitentia: ſ; quia minimū quiddā ſit ipſa nr̄a pn̄ia. Pauperes ſumus. parū dare poſſumus: attamē reconciliari poſſumꝰ ꝓ ꝑuo illo ſi volumus. Totū qd̄ dare poſſū miſerꝫ corpꝰ iſtud ē: illud ſi dedero ſatis ē. Di quominꝰ: addo corpꝰ ipſiꝰ Nā iſtud de meo eſt: ⁊ meū ē. Paruulꝰ enim natꝰ eſt nob: ⁊ filꝰ datus eſt nobis De te dn̄e ſuppleo: qd̄ minꝰ habeo in me. O dulciſſima reconciliatio: o ſatiſfactio ſuauiſſima O vere reconciliatio facilis: ſ; ꝑuulis: ſatiſfactio ꝑua. ſed nō ꝑuipendenda. Etenī q̄ꝫ facilis modo: tā difficilis erit poſtea. Et ſicut mō nemo ē q̄ recōciliari non poſſit: ita poſt paululū nemo qui poſſit Enī ſicut benignitas apparuit vltra oēm ſpem. vltra oēꝫ eſtimationē: ſimulē expectare poſſumꝰ iudicij diſtrictionem Noli ergo contempnere dei miām: ſi non vis ſentire iuſticiā. ſ; irā. ſ; īdignationē. ſ; emulationē. ſ; furorē. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Vt ei ſcires quāta diſtrictio vēiet: tāta illā māſuetudo ꝓueit Ex magnitudie īdulgētie magnitudiem vltionis attēde. Immenſus ē enī deꝰ et infinitus ī iuſticia: ſicut ⁊ ī miā. Multꝰ ad ignoſcēdū: multꝰ ad vlaſcēdū. Vꝫ miā q̄dā priora ſibi vendicat: vt ſi voluerimꝰ. diſtrictio īuenire nō poſſit ī quē ſeuiat. Propt̄ h̄ enī benignitatē ꝓrogauit: vt ꝑ eam reconciliati. ſecuritate videamꝰ ſecuri Propterea voluit nō ſolū ad terras deſcēdē. ſ; etiā innoteſcē: nō ſolū naſci ſ; ⁊ agſci Deniq; ꝓpt̄ hāc cognitionē dies iſta celebris hēt: ⁊ īſignis dies apparitiōis

// Hodie ei magi ab oriēte venerūt? ortū ſolem iuſticie requirētes: eū de quo legit̄. Ecce vir: oriens nomen illi. Hodie adorauerūt nouū virginis partum: ſequētes noui ſideris ductum. Nonne ⁊ hic nobis magna eſt cōſolatio? ſicut in illo de quo locuti ſumꝰ apoſtoli verbo? Ille dixit deū: iſti nō voce. ſꝫ opere dicunt. Quid facitꝭ o magi? quid facitis? lactentē puerū adoratis ī tugurio vili? in vilibꝰ pannis? Ergone deꝰ iſte eſt? Deꝰ certe in templo ſancto ſuo. deꝰ in celo ſedes eius: et vos eū queritꝭ in vili ſtabulo. ī matris gremio? Quid facitꝭ qꝛ ⁊ aurū offertis? ergo ne rex eſt ipſe? Et vbi aula regia? vbi thronꝰ. vbi curie regalis frequētia? Nunqd aula eſt ſtabulū. thronus preſepiū? curie regalis frequentia/ ioſeph ⁊ maria? Quo inſipiētes facti ſunt viri ſapiētes? vt adorent puulū deſpicabilē. tam ſua etate q̃ paupertate ſuorum? Inſipiētes facti ſunt vt fierēt ſapientes? et predocuit eos ſpūs. qd poſtea ꝑdicauit aplūs: qui vult eſſe ſapiens. ſtultꝰ fiat vt ſit ſapiēs Quia enim ꝑ ſapientiā mūdus in ſapientia ſua deum cognoſcere nō poterat: placuit deo ꝑ ſtultitiā predicationis ſaluos facere credentes /¶

Nōne timēdū erat fratres: ne ſcādalizarētur viri iſti. ⁊ illuſos ſe crederent? cū tanta indigna viderēt? A regia ciuitate vbi regē querēdū conſectabantur: ad bethleē villam peruulam diriguntur. Ingrediuntur ſtabulū: inueniūt inuolutū pannis infantulū Nō illis ſordet ſtabulum: non pānis offendūtur. nō ſcandaliſantur lactentꝭ infantia? procidūt. venerātur vt regem: adorāt vt deū Sed ꝓfecto qui illos adduxit. ipſe et inſtruxit? ⁊ qui per ſtellam foris āmonuit: ipſe in occultis corda edocuit. Hec ergo dñi declaratio clarificauit hūc diem: ⁊ magorū deuota veneratio/deuotā fecit ⁊ venerabilem //¶

Nec ſola hec apparitio. ſꝫ altera quedā ſicut a prībꝰ noſtris accepimꝰ celebratur? q̃ et ſi longo poſt tpe: tamen facta credit̃ hoc ipſo die. Cū enim iā triginta annos exegiſſꝫ in carne. qui ſcdm diuinitatem idē ipſe eſt et āni eius nō deficient: inter populares turbas ad baptiſmū iohānis aduenit Venit tāqꝫ vnꝰ e populo: qui ſolꝰ erat ſine peccato. Quis tunc crederet filiū dei? quis putaret dñm maieſtatꝭ? Valde quidē humiliatꝭ dñe? nimis abſconderis: ſꝫ iohānem latere nō poteris Nōne ipſe eſt qui ꝑ maternū vterū te nondū natum. nōdum natus agnouit? Nōne ipſe eſt qui ꝑ vtriuſqꝫ materni vteri parietes te agnouit? et qꝛ verbis clamare non potuit. ſaltē matrem ſuā motu exultationis edocuit? Nūc autem quid? Vidit eū iohānes ait euāgeliſta venientē ad ſe: et ait Ecce agnꝰ dei: qui tollit peccata mūdi En ipſe qui purgationē faciet delictoꝝ Ecce ſentinā nrām purgaturꝰ aduenit: ⁊ tamē poſt hꝫ teſtimoniū baptiſari vult a iohē Tremuit ille Quid mirū? Quid īquā mirū ſi tremuit hō. nec audet attigere ſanctū dei verticē? caput adorādū angelis. reuerendū poteſtatibꝰ. tremēdū principatibꝰ? ¶

Baptizari vis dñe iheſu? Vt quid enim? aut quid tibi opus fuit baptiſmate? Nunquid ſano opus eſt mediāna: callit mūdatione mundo? Vñ tibi pccīm: vt baptiſma ſit neceſſariū? Nūqd a pr̄e? At pr̄ez qđe habes deū: ⁊ equal' illi de9 de deo es lumē de lumine. Nam in deū peccatum cadere nō poſſe quis neſciat? Aut vero de m̄re? Nā & m̄rem habes ſed vgo eſt. Qđ g̃ pccīm ex ea trahere potuiſti. que te ſn̄ iniquitate cōcepit: et ſalua integritate peperit? Quam maculam hr̄e poteſt agnus ſine macula? Ego inq̄t iohes a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Magna vtriuſꝫ humiliatio: ſꝫ nulla cōparatio. Quō eni nō humiliaretur hō: corā humili deo? Sine modo inquit dñs: ſic eni decet nos implere oēm iuſticiā. Acquieuit iohes ⁊ obediuit: et baptiſauit agnū dei et aquas lauit. Nos abluti ſumus nō ille: quia nobis lauandis aque cognoſcuntur ablute ¶ Sꝫ fortaſſis minus credis iohis teſtimonio: qꝛ ⁊ ipſe homo eſt. & potes habere ſuſpectū. cognatus ei9 eſt cui perhibet teſtimoniū. Ecce teſtimoniū maius iohāne: teſtimoniū aduenientis colūbe. Nec incōgrue ad indicandū agnū venit colūba: qꝛ nichil meli9 agno cōuenit ꝙ̄ colūba. Quod agnus in aīalibus: hoc colūba in auibus eſt. Sūma vtriuſqꝫ innocētia: ſūma māſuetudo. ſūma ſimplicitas. Quid enim ſic alienū ab oī malicia: ſicut agnus ⁊ columba? Nocere quipꝑ neſciunt: ledere nō nouerunt. ¶ Sꝫ ne fortuitu caſu id eueniſſe cauſeris: ecce teſtimoniū dei patris Ecce deus maieſtatis intonuit: et domin9 ſuper aquas multas. ¶ Et vox pr̄is audita eſt Hic eſt filius me9 dilc̄us: in quo michi bene cōplacui. Vere enim hic eſt in quo nō eſt qđ pr̄i diſpliceat: qđ oculos maieſtatis ei9 offendat. Vñ & ipſe ait. Q̄m que placita ſūt ei: facio ſēper ¶ Ipſum inquit audite Ecce dñe iheſu: vel iam nunc loquere. Quouſꝫ ſiles: quouſꝫ diſſimulas? Diu tacuiſti ⁊ valde diu: vel iā nūc loquēdi licētiam habes a patre ¶ O diu dei virtus et dei ſapiētia/ q̄ſi infirm9 aliq̄s/ ⁊ inſipiens quis latēs ī populo? O diu nobilis rex ⁊ rex celi. fabri filiū te paterꝭ appellari pit' et putari? Eteni lucas euāgeliſta teſtatur: quoniā adhuc fili9 ioſeph putabatur. O humilitas virtus xpi: quantū cōfundis ſuperbiā mee vanitatis Parū aliquid ſcio vel magis ſcire michi videor. ⁊ iā ſilere nō poſſū. impudenter me ⁊ ipzudēter ingerēs & oñtans: pmptulus ad loquēdū. velox ad docendū. tardus ad audiendū. & xp̄s cū tāto tp̄e ſilebat. cum ſeipſū abſcōdebat: nūq̄d inanē glām metuebat? Quid timeret ab inani gloria: qui eſt vera gloria patris? Vtiqꝫ timebat ſed non ſibi. Nobis timebat ab illa: quib9 nouerat eſſe timendum. Nobis tacebat: nos inſtruebat. Tacebat ore: ſed inſtruebat opere. Et quod poſtea docuit verbo: iam clamabat exemplo: diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Nam de infantia domini parum aliquid audio. extunc iam vſqꝫ ad hunc triceſimum annum nichil inuenio. Nunc vero iam latere non poteſt:

qui tam manifeſte demonſtratur a patre. Nam in prima apparitioē cū virgine matre voluit apparere: ꝙ verecundia quedā in virginitate ſignificaretur // Tercia quoqꝫ apparitio eiꝰ in euāgelio inuenitur. ⁊ hec nichilominꝰ hodie celebratur Inuitatus enī ad nuptias dn̄s. vino deficiente compaſſus eoꝝ verecūdie: aquā mutauit in vinū. Hoc eciam ſicut ait euāgeliſta: ſignoꝝ eius fuit iniciū. Itaqꝫ in prima apparitione homo verꝫ innotuit: vbi inter vbera matris infans apparuit. In ſecūda vero verū eſſe dei filiū patris indicat teſtimoniū. In tercia vero verus eſſe deus monſtratur: ad cuiꝰ imperium natura mutatur Tot teſtimonijs hodie ꝯfirmatur fides nr̄a: tot indicijs roboratur ſpes nr̄a: tot incentiuis inflāmatur caritas nr̄a

Sermo ſecūdus de epyphania domini.

TRes apparitiones domini legimus: vno quidē die. ſed nō vno tempe factas. Et quidē mirabilis ſecunda: mirabilioꝛ tercia: ſed p̄ma apparitio mirabilius ādmiranda. Mirabilis aquarū mutatio: mirabilis iohānis ⁊ columbe pariter ac paterne vocis atteſtatio: ſꝫ illud mirabile magis. ꝙ agnitus eſt a magis Nam ꝙ deū agnoſcāt indicat adoratio: eciam indicat thuris oblatio Nec ſolū deū. ſꝫ ⁊ regē agnoſcūt: qđ deſignat in auro Et in hijs nō latet eos magnū pietatis ſacramētū: vñ et in mirra indicat moriturū // Adorāt magi ⁊ offerūt munera: adhuc ſugenti matris vbera.

Sz vbi eſt o magi: vbi eſt purpura regis huiꝰ: Nūquid viles panni iſti: quibꝰ eſt inuolutus: Si rex eſt. dyadema eius vbi eſt: Sed vos eū vere videtis in dyademate quo coronauit eū mater ſua. in ſacco mortalitatis: de quo reſurgens ait Quia conſcidiſti ſaccum meum: ⁊ circūdediſti me leticia // Egredimini filie ſyon: et videte regem ſalomonē ī dyademate quo coronauit eū mater ſua Egredimini virtutes angelice: incole ciuitatis ſupne. Ecce rex veſter. ſed in corona nr̄a: in dyademate quo coronauit eū mater ſua. Sed hijs delicijs vſqꝫ modo caruiſtis: hanc hactenꝰ dulcedinem non guſtaſtis. Habetis ſublimitatē eiꝰ: ſed humilitatē antea nō vidiſtis Egredimini igitur. ⁊ videte regem ſalomonē in dyademate quo coronauit eū mater ſua. Verūptamen nō eſt opꝰ illis nr̄a exhoꝛtatione: qm̄ ipi ſunt qui deſiderant in illū proſpicere. Illis enī quāto ſublimitas nocioꝛ: tanto huilitas p̄ciosioꝛ. ⁊ amabilioꝛ eſt Unde licet nobis maioꝛ ſit cauſa leticie: nobis enī natus eſt. ⁊ nobis datus eſt: tamen ipi nos p̄uenīūt. ipi nos exhoꝛtātur Probat hoc angelꝰ qui gaudiū magnū euāgelizat paſtoꝛibꝰ: ⁊ cū eo facta eſt multitudo celeſtis exercitꝰ // Vos ergo dicimꝰ filie ſyō. aīe ſeculares. debiles. delicate. filie nō filij: ī quibꝰ nichil eſt foꝛtitudinis: nichil virilis animi. Egredimini filie ſyon. Egredimini de ſenſu carnis ad intellectum mentis: de ſeruitute carnalis ꝯcupiſcentie. ad libertatem ſpūalis intelligentie · Egredimini de terra vestra · et de cognatiōe vr̄a · ꝟ de domo patris vestri ∴ ⁊ videte regē salomonem ∴ alioquin nō erit vobis tutum videre eū ecclesiastē Idē ei qui salomō idest pacificꝰ in exilio est · ecclesiastes id est cōcionator erit in iudicio ∴ erit ydida id est dilectus dn̄i in regno ∴ ī exilio māsuetus ⁊ amabilis ∴ in iudicio iustꝰ ꝟ terribilis ∴ in regno gloriosus ⁊ āmirabilis Egredimini igitur ⁊ videte regē salomonem in dyademate quo coronauit eū mater sua Nā vbiqꝫ rex est · Licet enim regnū eius nō sit de hoc mūdo ∴ tamen rex est etiā in hoc mūdo Interrogatꝰ siquidē ergo rex es tu ∴ ego inquit in hoc natꝰ sum · ⁊ in hoc veni ī hūc mūdū · Hic ergo rector est morꝝ ∴ in iudicio discretor meritorū ∴ in regno distributor p̄miorꝝ

¶ Egredimini ꝓinde filie syon ∴ et videte eū ī dyademate quo coronauit eū mater sua ∴ in corona pauꝑtatis nostre ∴ ⁊ corona miserie nr̄e Siquidē coronatꝰ est ⁊ a nouerca sua corona spinea · corona miserie ∴ coronādꝰ a familia sua corona iusticie ∴ quādo exibūt āgeli ⁊ tollēt de regno eiꝰ oīa scādala ∴ qn̄ veniet ad iudiciū cū senioribꝰ ꝑpli sui ∴ cū pugnabit ꝓ eo orbis terre ꝯtra insensatos · Coronat eū ⁊ pr̄ corona glīe ∴ sicut ait p̄p̄ta · Glīa ꝟ honore coro-
b nasti eū ¶ Videte eū filie syō ī dyademate quo coronauit eū mr̄ sua ∴ suscipite coronā ꝑuuli ꝓpter vos regis vr̄i ∴ et vna cū magis humilitatem ipsiꝰ adorate ∴ quorū fides deuotio vob̄ hodie ꝓponitur ī exēplum ·

Cui enim cōparabimꝰ ꝟ cui similes estimabimꝰ viros istos ∴ Si latronis fidem · si cēturionis cōfessionem cōsidero ∴ in eo superexcellere videtur viri isti · q̄ iam tūc miracula multa fecerat · iam tūc p̄dicatus multis · a multis fuerat ⁊ adoratꝰ · Attamen cōsideremꝰ quid dixerit illi Clamabat latro de cruce ∴ dn̄e memēto mei dū veneris in regnū tuū · Ergo ne per suppliciū ille vadit ad regnum ∴ Quis īdicauit tibi q̄m oporteat pati xp̄m ∴ ꝟ sic īrare in glām suam ∴ Tu quoqꝫ cēturio vnde eū nosti ∴ Vidēs q̄ sic clamās expirasset ∴ vere inquit hic homo filiꝰ dei erat Mira res · et oī āmiratiōe digna · Propterea vos rogo ītuimini ⁊ videte q̄ occulta sit fides · q̄ linceos oculos habeat diligētius cōsiderate · Cognoscite dei filiū lactentē ∴ cognoscite ligno pēdentē ∴ cognoscite morientē Siq̄dē latro in patibulo · magi ī stabulo agnoscūt ∴ ille clauis īfixū ∴ isti pānis īuolutū Cēturio vō vitā agnouit ī morte ∴ isti dei ꝟtutē ī teneri corꝑis īfirmitate Ille sūmū spm̄ in expiratiōe ∴ isti dei verbū in īfātia cognouē · Siq̄dē quicq̄d illi sermonibꝰ ∴ isti muneribꝰ cōfitent̄ · Latro regē · cēturio dei filiū simul ⁊ hoīem ꝓnūciat ∴ ꝟ h̄ tria magorū indicāt munera ∴ nisi q̄ ī thure nō tam dei filiū mōstrauē q̄ deū

¶ Obsecramus ḡ k̄mi · ꝓsit nob̄ tāta caritas / quā nob̄ deꝰ maiestat̄ exhibuit ∴ tāta huilitas quā suscepit ∴ tāta benignitas / q̄ nobis ꝑ xp̄i humilitatem apparuit · Agamꝰ gracias redemptori et mediatori nostro ∴ per quem nobis vel innotuit tam bona erga nos volūtas dei pr̄is. Siquidē talem iam nouimꝰ eius aīm: vt non immerito dicamꝰ Sic currimꝰ non quaſi in incertū. Profecto enim tale eſt cor dei patris erga nos: quale nobis expreſſit. qui de corde eius proceſſit.

¶ Sermo terciꝰ de triplici apparitione dn̄i in epyphania

Neceſſariū nobis videtur fr̄es ſc̄dm ceterarū ſolempnitatum conſuetudinē: caā ſolempnitatꝭ hodierne vobis exponere rationē. Interdū enim cōtra vicia loquimur: et genus iſtud ſermonis ꝓutile: ſed diebꝰ ceteris videtur oportunius cōuenire. Feſtiuis aūt ⁊ maxime in p̄cipuis ſolēpnitatibꝰ magꝭ circa ea que ſolēpnitatis ſunt īmorandū videt̄: vt pariter ⁊ erudiatur animꝰ. et excitetur affectus. Qūo enim celebratis quod neſcitꝭ: aut quomodo ſcitis/niſi annūcietur vobis? Propterea non ſit moleſtū hijs qui ſunt in lege periti: ſi parū doctis morem gerimus. vt exigit ratio caritatis. Credo enī nec ipſos quidē ſuis epulis eſſe fraudandos: ſi minꝰ eruditis tanq̄ popularibꝰ turbis/groſſiores prius appoſuerint cibos. Ita vero apponēt. ſi fraterne caritatꝭ intuitu placuerint eis q̄ neceſſaria ſunt nō ſatis ītelligentibꝰ: ⁊ ſi fortaſſe ſibi minus videantur neceſſaria. Sic autem fragmēta poſtmodū recolligēt ſibiipſis: ſi diligētius recogitantes ſubtiliora q̄q; tanq̄ mūda aīalia ruminauerint: q̄ parū intelligibiles animos pre ſubtilitate effugerint.

¶ Solempnitas ergo hodierni diei. ab apparitiōe nomen accepit. Epyphania q̄ppe apparitio eſt. Hodie ergo apparitio dn̄i celebratur: nō tantū vna ſʒ trina: ſicut a patribus nr̄is accepimꝰ ¶ Hodie enim paruulꝰ rex noſter paucꝭ a natiuitate diebus trāſactis: ſtella declarāte primitijs gētiū apparuit ¶ Hodie quoq; cū iam triginta ferme in diſpenſatiōe carnis egiſſʒ annos. q̄ ſcd̄ʒ diuinitatē idē ipſe eſt. ⁊ anni eius nō deficiūt: inter populares turbas abſconditꝰ/ad iordanē baptizādus aduenit: ſʒ dei pr̄is teſtimoīo inotuit ¶ Hodie nichilominꝰ cū diſcipulis ſuis vocatꝰ ad nuptias: deficiēte vino/ſigno āmirabili ſue potētie/aquas in vina mutauit. Sʒ delectat eā que in infātia ſaluatorꝭ facta eſt apparitionē diligētius intueri: quoniā ⁊ dulciſſima eſt: ⁊ ſpetialius noſcit̄ hodie celebrari ¶ Hodie ergo ſicut audiuimꝰ in euāgelica lectione: magi iheroſolimā venerunt ab oriēte. Merito ſane ab oriēte veniūt. qui ſolis iuſticie nouū nobis ortū annūciant: qui lucꝭ rumoribus totū mundū illuminant: qui ſeculum vniuerſum illuſtrāt: niſi q̄ infelix iudea quia lucem oderat. ad fulgorem noue claritatꝭ obtenebratur: ⁊ caligātes oculi eius/choruſcante radio ſolis eterni multo magꝭ excecātur. Venientes ergo ab oriente magi quid dixerīt audiamus ¶ Vbi eſt q̄ natꝰ eſt rex iudeoꝝ? O certa fides: et nichil penitus heſitans. Nō querunt vtrū natus ſit:

ſed fiducialiter loquūtur. ⁊ interrogant ſn̄ dubitatiōe. vbi ſit qui natus eſt rex. Porro audito nomīe regis. rex herodes ſucceſſorem ſuſpicatus expauit. Nec mirū ſi turbatur herodes: ſʒ ꝙ iheruſalē ciuitas dei ꝙ viſio pacis cū herode turbatur. quis non miretur? Videte fratres quātū noceat iniqua poteſtas: quō caput impiū ſubiectos quoqʒ ſue ꝯformet impietati. Miſera plane ciuitas. in qua regnat herodes: quoniam herodiane ſine dubio ꝑticeps erit malicie: ad noue ſalutꝭ ortum herodiana turbatione mouebitur. Cōfido ego in dn̄o ꝙ inter nos minime regnabit: etiam ſi adeſſe ꝯtingat: qđ et ipſum auertat deus Nam et herodiana malicia et babilonica crudelitas eſt: naſcentē velle extinguere religionem ⁊ allidere ꝑuulos iſrahel. Si quid enī ad ſalutē pertinēs. ſi quid religiōis orit̄ quicūqʒ reſiſtit. quicūqʒ repugnat. plane cū egyptijs ꝑuulos iſrahelitici germinis necare conat̄: ymmo cum herode naſcētē perſequitur ſaluatorē. Sed iam inchoatam ꝓſeq̄mur hyſtoriā. Credo ſi quis ſibi ꝯſcius eſt huius rei: ſtudioſius cauebit de cetero et herodianū execrabit̄ aīm ne ſimilē exitū ſortiat̄ ¶ Ergo querentib9 magis regem iudeorum. ⁊ ſciſcitante a ſcribis herode. dominice natiuitatꝭ locum: illi iuxta ꝓpham nomen ciuitatis edicūt Cūqʒ receſſiſſent magi ⁊ reliq̄ſſent iudeos: ecce ſtella quā viderāt in oriēte. an̄cedebat eos Hic manifeſtatur intelligi. qm̄ humanū flagitātes conſiliū. diuinū amiſerunt ducatum: ⁊ ꝯuerſos ad terrenū documentum. ſignū celeſte deſeruit. Vn̄ ⁊ relicto herode: ꝯtinuo gauiſi ſūt gaudio magno valde. Stella enim an̄cedebat eos: vſqʒ dū veniēs ſtaret ſupra/vbi erat puer. ¶ Et intrātes domū inuenerūt puerꝝ cū maria matre ei9: et procidentes adorauerunt eū. Unde vobis hoc o alienigene? Neqʒ enim inuenim9 tantam fidem in iſrahel. Sic vos non offēdit vilis habitatio ſtabuli: nō pauperes cune preſepij? Non vos pauperis matris preſentia: nō vos lactentis infantia ſcandalizat? ¶

Denique apertis theſauris ſuis ait euāgeliſta: obtulerūt ei munera. aurꝫ thus. ⁊ mirrā. Si ſolū obtuliſſent aurꝫ. videri fortaſſe poterāt paupertati matris voluiſſe ꝯſulere: vt haberet nimirum vnde paruulum poſſet filiū educare. Nunc aūt offerentes parit̄ aurū thus ⁊ mirram: ſine dubio ſꝑitalis oblatiōis gen9 īſinuāt Aurꝫ enī inter diuicias ſeculi videt̄ excellere: qđ ꝑ ei9 grām oēs nos deuote obtulim9 ſaluatori: cū pro ei9 nomine ex integro dereliq̄m9 ſbaꝫ hui9 mūdi ¶ Iā vero ncē eſt. vt qui perfecte terrena ꝯtēpſim9: flagranti deſiderio celeſtia req̄ramus. Sic enim offerim9 et thurꝭ odoramentū: quo nimirꝫ vt in apocalipſi beati iohānis legitur ſignātur orōnes ſanctorꝫ Vn̄ et ꝓpheta in pſalmo Dirigatur inquit oratio mea: ſicut incenſū in ꝯſpectu tuo. Sic et in loco legis alio: quia celos penetrat oratio iuſti. Oratio iniquā nō cuiuſlibet. ſed iuſti. Nam qui auertit autem ſuam ne audeat legem: oratio eius erit execrabilis.

// Porro ſi iuſtus eſſe volueris ⁊ nõ auertere aurem tuam a mandatis domini. ne auertat et ipſe ſuã a precibꝰ tuis: neceſſe eſt vt non ſolum preſens ſeculum contempnas: ſed et carnem ipſam caſtiges et ſubicias ſeruituti. Nam qui dixit. niſi quis renũciauerit omnibus que poſſidet. non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alibi. Si vis perfectus eſſe. vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus. ⁊ veni ſequere me: idem ipſe in alio loco ait. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum. et tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me Quod exponens apoſtolus. qui aũt qꝫ inquit ſunt xpriſti. carnem ſuam castigauerunt crucifixerunt cũ vitiis ⁊ concupiſcentiis. Duas igitur alas habeat oratio noſtra. contemptũ mundi. et afflictionem carnis: nec dubiũ quin celos penetret. ⁊ dirigatur ſicut incenſum in conſpectu dei. Erit enim gratum ſacrificiũ ⁊ acceptabilis oblatio noſtra: in qua cũ auro ⁊ thure fuerit eciã mirra. Que licet amara ſit. tamen perutilis eſt: ⁊ conſeruat corpus quod mortuum eſt propter peccatũ. ne defluens in viciũ putrefiat. Hec breuiter ꝑ imitanda magorꝫ oblatione ſint dicta

// Ceterum quoniã apparitionẽ hanc eſſe diximus: quid in ea appareat. dignum eſt vt queramus. Vtiqꝫ ſcd̃m verba apoſtoli. apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei.

// Ecce enĩ in euãgelica lectiõe audiuimus. quoniã intrantes domũ magi. inuenerũt puerũ cũ maria matre eius. In infantili corpore qd̕ virgineo mater fouebat in gremio: qd niſi veritas ſuſcepte carnis apparuit: Quid in eo ꝙ paruulus cũ matre inuenitur: niſi verus homo ⁊ verus filiꝰ hoĩs declaratur: Jam vero ⁊ in ſecũda apparitione: vide ſi non manifeſte vocis paterne teſtimonio dei filiꝰ approbatur. Celi namqꝫ aperti ſũt ſuper eum. ⁊ deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut colũba in illũ: ⁊ vox patris audita eſt. hic eſt filius meus dilectꝰ in quo michi bene complacui. Satis equidem manifeſtũ eſt ex hoc ipſo. ſatis euidens ⁊ indubitabile. quoniã dei filiũ neceſſe eſt eſſe deũ: nam et filios hoĩm hoĩes: ⁊ ipſorũ quoqꝫ fetus animaliũ ex eodẽ cũ eis genere eſſe nemo eſt qui dubitet.

// Verũtamen vt nullus ſacrilego errori remaneat locus: qui in prima apparitione/ verus homo ⁊ filius hoĩs declaratur: in ſecũda verus nichilominus dei filius. in tercia iam verus deus ⁊ auctor nature probatur: ad cuius nutũ natura mutatur. Nos ergo dilectiſſimi xpriſtũ iheſũ diligamus vt verum hominẽ ⁊ fratrẽ noſtrum: honoremus vt dei filiũ: adoremꝰ vt deũ. Secure credamꝰ in eũ. ſecure credamꝰ ei nometipſos fratres mei: cui nec poteſtas deeſt ſaluãdi nos/ cũ ſit deꝰ verꝰ et dei filiꝰ: nec bona volũtas deeſt/ cũ ſit tãq̃ vnꝰ ex nobis/ verus homo et filiꝰ hominis. Quomõ namqꝫ nobis erit inexorabilis: propter quos factus eſt ſimilis nobis paſſibilis⁖ ¶ Jam ſi deſideratꝭ ſuꝑ hijs apparitionibꝰ aliq̄d ad edificationē moꝝ audite⁖ iſtud attēdite q̄ primū omniū xp̄s appareat puer cū virgine matre⁏ vt ſiplicitatē ⁊ verecūdiā ante oīa q̄rēda nob̄ doceat eſſe Na ⁊ pueriꝭ ſimplicitas naturalis⁏ ⁊ cognata ꝟginibus verecūdia eſt. Oibꝰ ergo nobis in cōuerſioīs initio. nulla magꝭ virtus eſt neceſſaria⁏ q̄ ſimplicitas humilis. ⁊ grauitas verecunda ¶ In ſcd̄a vero apparitōe venit ſaluatoꝛ ad aq̄s baptiſmi⁖ non quidē lauandꝰ⁏ ſꝫ magis a pr̄e teſtimoniū accepturus Hec ſūt lacrime deuotionis ī quibus nō indulgentia pccōrum. ſꝫ beneplacitū queritur dei patris⁏ cū deſcendit in nos ſp̄s adoptionis filioꝝ/ teſtimoniū perhibēs ſpiritui noſtro q̄ ſumus filij dei⁖ vt melliflua de celo vocē videamur audire⁏ quia vere deꝰ pater in nobis cōplacet ſibi. Nec parum diſtat inter has lacrimas deuotiōis ⁊ etatꝭ vtiq̄ iam virilis⁏ atq̄ eas quas p̄mena etas infātie vagitꝰ emiſit. lacrimas vtiq̄ penitētie et cōfuſionis /

3 ¶ Verūtamen lōge amplius vtriſꝫ p̄cellūt alie quedā lacrime⁏ quibꝰ et īfūditur ſapoꝛ vini. Illas ei lacrimas vere in vinū mutari dixerim. q̄ fraterne cōpaſſiōis affectu ex feruore pꝛodeūt caritatꝭ⁏ pꝛo qua ad hoꝛam tuiipſiꝰ īmemoꝛ eſſe ſobꝛia quadā ebꝛietate videris.

¶ Sermo in octaua epyphanie de circūciſione ⁊ baptiſmo et triplici iuſticia

Populo dure ceruicis cultellus erat neceſſariꝰ⁖ ⁊ lapideis coꝛdibꝰ merito cultri lapidei debebātur⁏ qualibꝰ a iheſu naue facta circūciſio memoꝛatꝛ Noſter aūt iheſus tanq̄ agnus māſuetus omnē abſtulit auſteritatē. Domine agnus es⁏ cū lana et lacte veniens. aufer a me obſecro cultellū iſtum. Durū enim videtur ⁊ crudele⁏ paruulo recens nato. cultrū lapideum adhibē. Hic agit miſericoꝛs duriciā duris cōgruam ſeruis. filijs cōmutatū erit in māſuetudinem⁖ vt rubiginē peccati originalis quā vix cultellus cradere poterat⁏ ex hoc iā cū vnctione gracie facile lauet aqua ¶ Nichil ergo mirū ſi pꝛo diuerſitate tempoꝛum mutata ſunt ſacramenta vt daretur vtriſꝫ quod eis cōgruū erat Ipſe vero xp̄s vtrūq̄ ſuſcepit. vt tanq̄ lapis āgularis vtriq̄ parieti coheeret⁖ ac ſi duarū capita coꝛrigiarū conſuendo connecteret⁖ ſicut ⁊ paſcha figuratū ip̄e compleuit. et verū pꝛotinus inchoauit. Sed ⁊ pꝛopterea voluit circūcidi. vt oſtenderet auctoꝛem ſe eſſe veteris legis/ ſicut et euāgelij⁏ quoniā qui ꝑ ſemetipſū ait. niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto/ ⁊ crediderit⁖ ipſe idem ꝑ ſeruū ſuum pꝛius dixerat. Omnis anima cuiꝰ pꝛepucij caro circūciſa nō fuerit⁏ peribit de populo ſuo Ex ſi ſolū baptiſma ſuſcepiſſꝫ⁏ videri poterat refugiſſe circūciſionē tanq̄ nichil ad ſe ꝑtinentē Si vero circūcideretur ⁊ non baptizaretur⁖ quādo michi perſuaderi poſſet baptizari/ circūciſione relicta⁖ Nunc itaqꝫ poſt circūciſionē baptiſma ſuſcipiens: illud michi tenendum tradidit. quod vltimo loco ſuſcepit. Deniqꝫ vnitatis amator ⁊ cōmēdator. qui habitare facit vnius moris in domo: quomodo cōmunitatē deſereret/ ⁊ alios ſcandalizaret? Hic enī ſcandalizarētur videntes eū non circūcidi: ſicut hodie ſcandalizaretur eccleſia. ſi infantē videret non baptizari. Non ſolū vnitatis ⁊ vnitatꝭ bonū cōmendare. ſed humilitatē voluit exhibere: vt ligaturā vulnerū ſuſciperet. qui ſolus erat abſꝫ vulnere. Hunc enī dicit aplūs. Miſit deꝰ filiū ſuū in mūdū: factū ex muliere: factū ſub lege./ Verū ne q̄s forte diceret. ꝙ circūciſus eſt parētes fecerunt. paruulus enī erat: iam triginta annoꝝ ad baptiſmū ipſe perrexit Inclinatur ſub baptiſte manibus caput tremendū poteſtatibus: principatibus adorandū. Quid mirū ſi baptiſta contremuit? Quis vel ip̄a cogitatione non contremiſcit? O ꝙ̄ altū erit in iudicio caput. quod modo ſic inclinatur: ⁊ vertex qui modo tam hūilis videtur ꝙ̄ ſublimis ⁊ excelſus tūc apparebit ¶// Sine inq̄t modo: ſic enī decet nos implere omnē iuſticiā Siquidē qui in plenitudine temporis venit. ⁊ in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nichil nouit niſi plenū. Nā et legem non venit ſoluere: ſed implere./ Eſt autē iuſticia quedā ſtricta ⁊ anguſta valde: ita vt ꝙ̄ cito pedem vteris in peccati foueā cadas: nec preponere ſe equali/ nec equare prepoſito. Huius diffinicio eſt: reddere cuicꝫ quod ſuū eſt./ Altera latior ē. et amplior iuſticia: nec equare ſe pari. nec inferiori preponē. Sicut enī grandis ⁊ grauis ſuperbia eſt p̄ferri ſe equali. aut equare prelato: ita magne hūilitatis eſt. inferiorē ſe exhibere equali. aut equalē inferiori/ Maxima ⁊ plena iuſticia eſt: inferiorē exhiberi etiā ipſi inferiori. Sicut enim ſumma ⁊ intolerabilis ſuperbia eſt: ſuperiori ſe preponere: ita inferiori ſubdere ſūma ⁊ plena iuſticia eſt. Et iohānes ait. ego a te debeo baptizari/ de prima fuit: quia ſuperiori ſe ſubdidit. Qd autē xpriſtus fecit. de plena iuſticia fecit: ſiquidē ille ſeruuli ſui ſe manibus inclinauit. Videat nunc quiſqꝫ quem imitetur: hunc an eū qui extollitur ſuper om̄e quod creditur deus aut colitur ¶// Studeamus ⁊ nos obſecro fratres: adimplere omnē iuſticiam: ipſa enim eſt via per quam ad leticiā peruenitur. Nam leticia premiū eſt: iuſticia vero meritū et materia. Nam de ipſa iuſticia erit leticia noſtra: qn̄ xp̄s apparebit vita nr̄a. ⁊ nos cū ipſo in gloria: qm̄ ipſe eſt q̄ factus eſt nobis a deo p̄re iuſticia. Beati vō q̄ etiā nūc de iuſticia letantur. ⁊ exhilarātur in conſciencijs ſuis: ſugentes mel de petra/ oleumqꝫ de ſaxo duriſſimo. Nunc enī videtur laborioſa iuſticia: ſꝫ veniet qn̄ in ſuauitate et iocūditate ſine oī labore deſiderēt. ⁊ habeāt. ⁊ amēt. et p̄cipiāt: qn̄ fruemur ip̄a iuſticia Ve āt hijs q̄ p̄tergrediūt viā: q̄ relicta iuſticia. vanā et trāſitoriā leticiā querūt. Cū enī de tranſitorijs querūt letiā: non poterit non tranſire/ tranſeūtibus hijs de quibus erat. Sicut eni͂ lignis deficientibus ignis deficit: ſic mundus tranſit ⁊ concupiſcentia eius: haud dubiū q̄n letitia quoqꝫ.

Dominica ſcd'a ſermo p̄mus beati bernardi de euāgelica lectione: vbi continetur miraculum factū in nuptijs.

In lectiōe ſācti euāgelij hodie frēs audiuimus: quia dn̄s noſter iuit ad nuptias. Faciamꝰ ergo q̄d alibi monet: ⁊ ſtudeamꝰ ſilēs fieri hoībꝰ expectātibꝰ dn̄m ſuū qn̄ reuertatᷓ a nuptijs. Nā tenēti carrucā in agro. vendenti aliq̄d vel emēti in foro nō dicimꝰ q̄d expectas? Neqꝫ eni͂ ſilēs ſūt expectātibꝰ. Ei vō quē videmꝰ ſtare ante ianuā. pulſare crebrius. ſepiꝰ ad feneſtras ſuſpicere: nichil mirū ſi dicatᷓ. quid expectas? Illi ergo ſunt ſilēs expectātibꝰ qui non ſurda aure audierunt: vacate et b videte qm̄ ego ſū deus. Veniet dn̄s expectātibꝰ cū in veritate: qualis erat qui dixit Expectans expectaui dn̄m. Veniet tāq̄ reuertens a nuptijs inebriatꝰ vino caritatis: ⁊ imemor iniquitatū noſtrarū. Veniet non cu expectantibꝰ tāq̄ reuertēs a nuptijs. tanq̄ potens crapulatus a vino/ vere ebrius et imemor miſerationū ſuaꝝ. Tunc eni͂ quātū ad illos: obliuiſcetur miſereri deus. Veniet in ira et indignatiōe: tanq̄ furibūdus. Domine ne in furore tuo arguas me. Nec modo non tam de preſentibus nuptijs: q̄ꝫ pro rerum occaſiōe dicta ſint. Iam vero ſequamur vna cū diſcipulis ad nuptias euntē dn̄m: vt videntes q̄d facturꝰ eſt. pariter credamꝰ cū illis.

Deficiente vino dixit mater iheſu ad eū Vinū non habēt. Compaſſa eſt eni͂ eorꝫ verecūdie ſicut miſericors: ſicut benigniſſima. Quid de fonte pietatis procederet niſi pietas? Quid in quā mirū: ſi pietatē exhibent viſcera pietatis? Nōne qui pomū in manu ſua tenuerit dimidia die: reliq̄ dici pte pomi ſeruabit odorē? Quātū ergo viſcera illa virtus pietatis affecit: in quibꝰ nouē menſibus requieuit? Nā et ante mentē ipleuit q̄ ventrē. Et cū pceſſiſſet ex vtero: ab animo non receſſit.

Durior fortaſſe ⁊ auſterior videri poſſet reſponſio dn̄i: ſed nouerat ille cui loquebatur: ⁊ quis loqueretur illa nō ignorauit. Deniqꝫ vt ſcias quō reſponſū ipſū acceperat. aut quātū de filij benignitate pſūpſerit: ait miniſtris. Qd̄cūqꝫ preceperit vobis. facite. Erant autē ibi lapidee ydrie ſex poſite. Has nūc ydrias purificādis veteris iudeis/ non lrā ſed ſpiritualē habemꝰ apponere: vel magis oppoſitas demōſtrare. Ut eni͂ non dū puenit eccleſia ad perfectā purificationē. qn̄ ſibi eā xp̄us exhibebit glōſā. non habētē maculā aut rugā aut aliq̄d huiꝰ modi: multis interī purificatiōibꝰ opus habet: quatinꝰ ſicut habūdant pctā. habūdet ⁊ indulgētia: ſicut multiplicatᷓ miſeria ſic ⁊ miſericordia: niſi q̄ nō ſicut delictū ita ⁊ donū. Gracia enim non ſolū peccata lauat: ſ; merita donat

d //¶ Sex igit̄ ydꝛie poſite ſūt hijs qui poſt baptiſmū in peccata labuntur: de hijs eni loquimur. quia de hijs ſumꝰ. Exuimꝰ tunicam veterē: ſed heu prius reinduimꝰ eam. Lauimꝰ pedes noſtros: ſed prius inquinauimꝰ eos. Sicut ergo qđ aliꝰ inquinauerat. lauit aliꝰ: ſic inquinatos a nobis lauari opus eſt ⁊ a nobis. Aliena lauit aqua: quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamē ſic alienā dixerim vt negem nr̄am: alioquin nec inquinaret. Sz aliena ē: quia in adā omēs neſcientes peccauimꝰ. Noſtra: quia ⁊ ſi in alio. nos tamē peccauimꝰ: ⁊ nobis iuſto dei iudicio ĩputabatur. licet occulto. Verūptamen vt iā non ſit qđ cauſeris o homo: contra inobedientiā adedatur tibi obedientia xp̄i: vt ſi gratꝭ venūdatus es. gratis eciā redimaris. Si neſciens in adā periſti: neſciens viuificeris in xp̄o. Neſciſti qn̄ ad lignū vetitum vetus adam tetendit manus noxias: neſciſti nichilominus quādo ĩ ligno ſalutifero ĩnoxias manꝰ xp̄s extendit. A p̄mo homine inte manauit macula qua inquinatꝰ es: a xp̄i latere aqua qua mūdatus es. Nūc iam inquinatus culpa propria: propria nichilominus aqua mundaberis: ab illo tamē et ꝑ illū. qui ſolus eſt faciens purgationem peccatoꝝ

¶ Prima igitur ydꝛia p̄ma purgatio in compūctione eſt: de qua legimus. Quoniam in quacūqꝫ hora ingemuerint peccatoꝛ: omniū iniquitatum eius non recoꝛdaboꝛ.

¶ Scd̄a vera confeſſio eſt. Om̄ia ſiquidem in confeſſione lauātur //

Tercia largitio elemoſinarū. Hinc eni habes in euāgelio. Date elemoſinam: ⁊ oīa munda ſunt vobis

¶ Quarta remiſſio ĩiuriarū: ſcd̄m qđ orantes dicimus. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibꝰ noſtris

¶ Quīta eſt afflictio coꝛpoꝛis. Unde ⁊ oramus. vt mundi ꝑ abſtinentiam deo canamus glām /

¶ Sexta eſt obediētia preceptoꝝ: ſicut audierunt diſcipuli. quod vtinam audire mereamur ⁊ nos. Vos mūdi eſtis: propter ſermonem quem locutus ſū vobis. Nimirum quia non erant ſicut hij quibus dicitur: ſermo meus non capit in vobis: ſed in auditu verbi obediebant ei

e ¶ Hee ſunt ydꝛie ſex poſite in purgationem noſtrā: que vacue ſunt ⁊ plene vento. ſi pro inani gloria obſeruantur. Aqua replentur. ſi timoꝛe dei cuſtodiantur: quoniā timoꝛ domini fons vite. Aqua timoꝛ domini eſt: et ſi minus ſapida. ſed optime refrigerans animam noxijs deſiderijs eſtuantem. Aqua eſt: que iacula inimici ignea poſſit extinguere. Nam nec iſtud diſſonat ꝙ aqua ſemper yma petit: ⁊ timoꝛ ad yma cogitationem deducit. ⁊ in inferioribus immoratur: atqꝫ horrenda loca pauida mente colluſtrat: iuxta illud. Vadam ad portas inferi. Sed diuina virtute aqua mutatur in vinum: qn̄ ꝑfecta caritas foras mittit timoꝛem.

¶ Dicuntur autem lapidee ydꝛie. non tam propter duriciam: ꝙ̄ propter ſtabilitatem. Capientes ſingule metretas binas vel ternas. Due metrete/ duplex timor: ne forte trudi in gehennam; ne forte ab eterna vita cōtingat excludi. Sed quia de cōtingenti futuro sūt ista. et blandiri sibi anima potest dicens; postq̄ aliq̄diu in voluptatibus tuis vixeris. agres penitentiā. nec ista iam cariturus. nec periturus in illa: bonū est adhiberi et terciū. qui utiq; spiritualibus notus est; eo utilior quo de p̄senti est Timent enī qui noverūt spūalem cibum; nequā forte fraudētur eo. Cibo siquidē forti egent; qui manum miserūt ad fortia. Viuāt de paleis egipti; qui deseruiūt in operibus luti et lateris. Nobis fortior cibus est necessarius; qm̄ nobis grādis restat via. ut ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis angelorꝫ. panis vivus. panis cotidian9 Hic est de quo promissū est; qꝛ cētuplū accipiem9 in hoc seculo. Sicut enim mercēnarijs et cibus cotidianus datur in opere. ꝛ merces servatur in fine: sic dn̄s vitam eternā in fine reddet: ꝛ interī centuplū repromittit ꝛ exhibet. Quid ergo mirū si timet ne pdat hanc graciā: qui iam consecutus est eam: Hec est metreta tercia: quā sub distinctiōe signanter posuit. eo ꝙ nō oīm sit; q̄a nec omnibus centuplū est promissū. sed solis qui oīa reliquerūt

¶ Sermo scd̄s de mutatione aque in vinū

N omnibus operibus dn̄i fratres; ꝛ minus capaces aīmos exterior cōsideratio pascit; ꝛ qui magis exercitatos habent sensus. solidiorē intus cibū inveniūt ꝛ suaviorem. tanq̄ adipe medullāq; frumenti. Sūt enī et exteriori specie delectabilia: ꝛ interiori virtute multo delectabiliora Quēadmodū ipse quidem exterius quoq; speciosus erat forma pre filijs hoim; interius aūt tanq̄ candor lucis eterne. eciam ipsis supeminētis vultibus angelorū. Apparebat enī foris hō sine culpa: caro sine peccato; agnus sine macula. Q̄ speciosi pedes annūciantis pacē. anūciantiū bona: sed multo speciosius ꝛ p̄ciosius caput eius; qm̄ caput xpi deus Delectabilis aspc̄us hoīs in quem peccatū nō cadit: et beati oculi q̄ viderūt; ꝫ multo magis beati mūdo corde. qm̄ ipsi deū videbūt. Deniq; cū pervenisset ad nucleū; testam iam licet decorā valde non reputabat apostol9 dicēs. Et si cognovim9 aliquādo inquit xpistū scd̄m carnem; sed iam nunc non novimus. Nimirū quia domin9 ipse predixerat Caro non pdest quicq̄; spiritus est qui vivificat Sed hec est sapientia quā loquitur paulus inter perfectos; nō inter eos quib9 legimus ab eo dictū. Nichil arbitratus sum me scire inter vos; nisi xpistū ihesum ꝛ hūc crucifixū. Totus suavis est. totus salubris est; totus delc̄abilis. totus deniq; scd̄m spōse vocē desiderabilis

¶ Sicut aūt in eo ostensū est; sic ꝛ in opibus ei9 reperies. Nā et superficies ipā tāq̄ a foris cōsiderata decora ē valde; ꝫ si quis fregerit nucē. int9 inveniet quod iocūdius sit. et multo amplius delectabile Non sic apud patres veteris testamenti reperies. Nam in operibus eorum decora ꝛ

b

delectabilis ē ſignificatio miſtica :
ipſa tamē ſi per ſe conſiderentur· in
uenientur aliq̄n minꝰ digna: vt ſunt
facta iacob· adulteriū dauid· ⁊ mul
ta ſimilia· Precioſa quidē ſunt fer
cula: ſed vaſa nō adeo ſpecioſa· Et
fortaſſe ꝓpterea dictū eſt· tenebro
ſa aqua in nubibus aeris: q̄m tene
broſe nubes ille fuerūt Et ſubiūctū
eſt de dn̄o· Pre fulgore in ꝯſpectu
eiꝰ nubes tranſierūt· Credo iam ad
uertiſt̾ ad q̄d hec dicere velim //
Audiſtis eñ hodie miraculū factū
in nupcijs iniciū vtiqꝫ ſignoꝝ dn̄i :
eiꝰ ⁊ hyſtoria ſatis eſt ⁊ āmirabil̾
et ſignificatio āplꝰ delcābilis Mag
nū eñ diuine maieſtatis indiciū fu
it· ad nutum dn̄i aquam in vinū ꝯ
uerti: ſʒ eſt ⁊ alia multo melior mu
tatio dextere excelſi· quam in iſta p̄
figurauit· Om̄s enim nos ad ſpiri
tales nuptias vocati ſumꝰ: in q̄bꝰ
vtiqꝫ ſponſus eſt xpriſtꝰ dn̄s Vnde
canimus in pſalmo· Et ipſe tanq̄
ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo·
Spōſa vero noſipſi ſumꝰ ſi nō vide
tur nobꝭ incredibile: ⁊ omēs ſimul
vna ſpōſa: ⁊ aīe ſinguloꝝ q̄ſi ſin
gule ſponſe Vꝫ q̄n hec ſentire pote
rit fragilitas nr̄a de deo ſuo: ꝙ eo
affcū nos diligat· quo diligit̾ ſpon
ſa a ſpōſo: Multū eñ eſt hec ſpōſa
ſpōſo ſuo īferior genere: inferior ſpe
cie: inferior dignitate· Attn̄ ꝓpter e
thiopiſſam iſtā de longinquo filius
eterni reg̾ aduenit: ⁊ vt ſibi deſpō
ſaret illam· eciam mori pro illa nō
timuit· Moyſes q̄ppe ethyopiſſam
duxit vxorē: ſed non potuit ethyo
piſſe mutare colorem· Xpriſtus vero quam adamauit ignobilē adhuc
et fedā: glorioſam ſibi exhibuit ec
cleſiam · non habentem maculam
neqꝫ rugam · Murmuret aaron ·
murmuret et maria non noua ſʒ ve
tus : non mater domini · ſed ſoror
moyſi· Non noſtra inquam maria:
illa enim ſollicita ē ſi quid forte de
ſit in nupcijs · Vos autem vt dig
nū eſt· murmurantibus ſacerdotibꝰ
murmurante ſynagoga: toto affec
tu in graciarum actione verſamini·

// Vnde tibi enim o humana ani
ma: vnde tibi hoc: Vnde tibi tam
ineſtimabilis gracia: vt eius ſpon
ſa merearis eſſe· in quem deſiderāt
angeli proſpicere: Vnde tibi hoc·
vt ipſe ſit ſponſus tuus · cuius pul
chritudinem ſol ⁊ luna mirantur:
ad cuius nutum vniuerſa mutan
tur : Quid retribues domino pro
eo quod retribuit tibi : vt ſis ſocia
menſe· ſocia regni · ſocia deniqꝫ tha
lami : vt introducat te rex in cubi
culum ſuum: Vide iam quid de de
o tuo ſentias· vide quantum de ea
preſumas : vide quibus brachijs
vicarie caritatis redamandus ⁊ am
plectendus ſit · qui tanti te eſtima
uit: ymmo qui tanti te fecit· De la
tere enim ſuo te formauit · quando
pro te obdormiuit in cruce : ⁊ ob
hoc ſompnū mortis excepit· Prop
ter te a deo patre exiuit · ⁊ matrē
ſynagogam reliquit: vt adherens
ei vnus cum eo ſpiritus efficiaris ·
Et tu ergo audi filia et vide et ꝯ
ſidera quanta ſit erga te dignatio
dei tui: et obliuiſcere populum tuū
et domū p̄ris tui De ſine carnales·

affectus. ſecularēs mores dediſce: abſtine a prioribus vicijs: conſuetudines noxias obliuiſcere. Quid enim putas? Nonne ſtat angelus domini qui ſecet te medium: ſi forte (quod auertat ipſe) alterum ad miſeris amatorem? Iam enim deſpōſata es illi: iam nuptiarum prandium celebratur: iam cena quidem in celo ⁊ in aula eterna paratur. Uerumptamē nunquid ibi vinum deficiet? Abſit. Inebriabimur ab vbertate domus dei: ⁊ torrente voluptatis eius potabimur. Paratum eſt profecto illis nuptijs flumen vini: vini inquam quod letificat cor: ſiquidem fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. Nūc autem grandis nobis reſtat via: prandiū ſiquidem accipimus hic: ſed non in tanta copia. quin plenitudo ⁊ ſacietas cene reſeruetur eterne. Hic ergo nōnunq̄ vinū deficit: gracia deuotiōis ⁊ feruor caritatis // Quociens michi neceſſe eſt fratres: poſt lacrimoſas querimoīas veſtras. excitare matrē miſericordie. ut ſuggerat ſuo benigniſſimo filio. quoniam vinum non habeatis? Et ip̄a (dico vobis cariſſimi) ſi pie a nobis pulſata fuerit. non deerit neceſſitati veſtre: quoniam miſericors ⁊ mater miſericordie eſt. Nam ſi compaſſa eſt verecūdie illorū. a quibus fuerat inuitata: multo magis cōpatietur nobis: ſi pie fuerit inuocata. Placent ei nuptie noſtre. et pertinēt ad eam multo āplius illis: nimirum e cuius vtero tanq̄ e thalamo ſuo celeſtis ſponſus proceſſit // Sed quem nō moueat. quod in nuptijs illis reſpondit dominus / benigniſſime ac ſanctiſſime mr̄i ſue: q̄d michi et tibi eſt mulier? Quid tibi ⁊ illi eſt domine? Nōne quod filio ⁊ matri? Quid ad illā pertinet queris? cū tu ſis benedictus fructus ventris eius īmaculati? Nōne ipſa eſt que ſaluo pudore ꝯcepit: ⁊ ſine corruptione te peperit? Nōne ipſa eſt in cuius vtero nouē menſibus moratus es. cuius virgineis vberibꝰ lactatus es. cum qua iam duodecim ānorum factus de iheruſalē deſcendiſti: et eras ſubditus illi? Nūc ergo domine. quid moleſtꝰ es illi dicens: q̄d michi et tibi? Multum ꝑ ōnem modum. Sed manifeſte iam video q̄ non velut indignās. aut confundere volēs virginis matris teneram verecūdiam dixeris. quid michi ⁊ tibi: cum venientibꝰ ad te iuxta matris precepta miniſtris. nichil cūctatus facias quod illa ſuggeſſerat // Ut quid ergo fratres: vt q̄d ſic reſpōderat prius? Utiq; ꝓpter nos: vt conuerſos ad dominum iam non ſollicite carnalium cura parentum. et neceſſitudines ille non impediāt exercitium ſpirituale. Q̄ diu enim de mundo ſumus: debitores nos conſtat eſſe parentibꝰ At poſtq̄ reliquimus noſmetipſos: multo magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus / Unde ⁊ legimus quēdam fratrem in heremo conuerſantem. cum ad eum carnalis frater auxilij gratia aduentaſſet. reſpōdiſſe vt alterum adiret fratrem: cum ille vtiq; iam obiſſet. Mirante illo ⁊ dicente.

qꝛ mortuꝰ eſſet: ſe quoqꝫ mortuū eſſe reſpōdit. Optime ergo nos docuit dn̄s. ne ſolliciti ſimꝰ ſup ꝓpinquis carnis nr̄e. plus ꝙ̄ religio poſtulat: quādo ip̄e matri ⁊ tali mr̄i reſpōdit. q̄d michi ⁊ tibi eſt mulier. Hic ⁊ in alio loco cū ſuggereret ei quidā: q̄m foris ſtaret mater cū fratribꝰ dn̄i. q̄rens ei loqui: reſpōdit. Que eſt mater mea: ⁊ fr̄es mei: Ubi mō ſunt. qui tā carnaliter ⁊ inaniter ſup carnalibꝰ ꝓpinquis ſuis ſolent eſſe ſolliciti: ac ſi adhuc viuerēt ipi cū eis: Sꝫ videamꝰ iā qd̾ ſequit̾ // Erāt ait euāgeliſta ydrie ſex poſite: ſcd̾m purificationē iudeoꝝ. Vel ex hoc potes manifeſtiꝰ aduertere. nō plenitudinē. ſꝫ p̄parationē nuptiarū eſſe: ubi nimirū eſt opꝰ purificatiōe. Deſponſationis ergo nuptie iſte ſūt: nō copulationis. Abſit enī illis in nuptijs fore vaſa purificationis: quādo glorioſā ſibi xp̄s exhibebit eccl̄iam. non habentē maculā neqꝫ rugā / aut aliquid huiuſmodi. Ubi enī nō erit macula: quādo purificatio erit neceſſaria: Nūc vtiqꝫ lauādi tēpꝰ ē: nūc purificationē patet eſſe neceſſariā: q̄m nemo mūdꝰ a ſorde: nec infans cuiꝰ ē vita vniꝰ diei ſup terrā. Nūc abluitur ſponſa. nūc purificatur. vt in celeſtibꝰ illis nuptijs ſpōſo ſuo ſine oī macula p̄ſentetur // Queramꝰ ergo ſex ydrias: quibꝰ ablutio hec iudeoꝝ id ē ꝯfitentiū purificatio fiat. Nā ſi dixerimꝰ quia peccatū nō habemꝰ: noſipſos ſeducimꝰ ⁊ veritas in nobꝭ nō eſt: q̄ ſola liberat. ſola ſaluat. ſola lauat. Sꝫ ſi ꝯfiteamur pcc̄a nr̄a. nō deerint veris iudeis purificationis ydrie: q̄m fidelis eſt deꝰ. q̄ dimittit nobꝭ pcc̄a. ⁊ emūdet nos ab oī iniq̄tate. Ego q̄dē ſex ydrias. ſex obſeruātias arbitror eē. q̄s ad purificādā ꝯfitētiū corda ſcī patres īſtituere: ⁊ oēs niſi fallor hic poterimꝰ iuenire // Prima ſiq̄dē ydria ꝯtinētia eſt caſtitatꝭ: q̄ diluit quicq̄d luxuria an̄ inq̄nauit // Secūda vero ieiuniū eſt: vt qd̾ maculauerāt crapula. nūc abſtinentia mūdet // Per ſegniciē vero ⁊ ocioſitatē q̄ īimica ē aīe. multas ꝯtraximꝰ ſordes. q̄ dei ſn̄iam. in ſudore vultꝰ alieni. nō nr̄o pane veſcentes. Propt̾ h̾ qꝫ tercia ydria nobis apponit̾: vt ſordes ille ī labore manuū diluātur // Hic ⁊ ꝑ ſompnolētiā ceteraqꝫ noxiū ⁊ tenebrarū opa multū deliq̄mꝰ: ideoqꝫ quarta ydria vigiliaꝝ obſeruātia ponit̾: vt nocte ſurgentes ad confitendum domino. nō bonas noctes preteriti tēporis redimamus // Jam vero de lingua quis neſciat ꝙ̄ multū inquinauit nos / per vaniloquia ⁊ mendacia: ꝑ detractiones ⁊ adulationes per v̾ba malicie et verba iactantie: Pro hijs oībꝰ neceſſaria eſt ydria quinta: ſilentiū ſcilicet cuſtos religionis: ⁊ in quo eſt fortitudo noſtra. // Sexta quoqꝫ ydria diſciplina eſt. qua non noſtro arbitrio ſed alieno viuimꝰ: vt deleatur quicquid indiſciplinate viuendo deliquimus Lapidea ſunt hec. dura ſunt hec. ſꝫ neceſſe habemꝰ in hijs lauari: niſi forte volumꝰ ꝓpt̾ feditates noſtras accipere a dn̄o libellum repudij. Attn̄ in eo ꝙ̄ dicuntur lapidee non ſolum duricia. ſed multo melius ſoliditas poteſt intelligi: quoniã non lauant hec niſi firma ſtabilitate permanſerint. Ait ergo dominus ad miniſtros. Implete ydrias aqua. Quid ſibi vult iſtud domine? Miniſtri ſunt ſolliciti de vini penuria: et tu dicis implete ydrias aqua? Illi de poculis cogitant: ⁊ tu precipis vt vaſa purificationis impleant? Sic oĩo ſic ſuſpirãti iacob ad rachelis ãplexꝰ: lya a p̃re ſupponit̃. Nobis f̃res q̃ miniſtri ſumꝰ et ſerui v̄ri. ꝓpt̃ xp̄ȝ nobis p̄cipit̃ iplere ydrias aq̃: quociẽs deeſt vinũ. Ac ſi dicatur. Illi deuotionẽ deſiderãt. vinũ requirũt. feruorẽ flagitãt: ſȝ nondũ venit hora mea. iplete ydrias aq̃. Que ẽ ei aqua ſapiẽtie ſalutaris ⁊ ſi nõ adeo ſuauis: niſi fons vite et iniciũ ſapiẽtie timor dñi? Dicitur g̃ miniſtris. Incutite metũ. et ſp̄ũ timoris nõ tã vaſa q̃ȝ corda replete: q2 vt ad caritatẽ ꝑueniãt initiãdi ſũt a timore: vt dicant ⁊ ipi. A timore tuo ꝯcepimꝰ: ⁊ ꝑturiuimꝰ ſp̄m ſalutis. Sȝ quõ iplebũtur ydrie? Predixerat ei euãgeliſta capientes ſingule metretas binas vel ternas. Que ſũt due metrete: q̃ tercia? Vtiq3 duplex timor. cõis ⁊ notꝰ oĩbꝰ: ac terciꝰ quidẽ minꝰ cõis. ⁊ minꝰ notus. Primꝰ timor eſt: ne cruciemur i gehẽna. Scds ne excluſi a viſione dei. ꝑuemur tã ineſtimabili glã. Terciꝰ replet aĩam oĩ ſollicitudine timidã: ne forte deſeratur a grã. Et quidem oĩs timor dñi ſicut aq̃ extinguit ignẽ: ſic extinguit pcĩ ꝯcupiſcẽtiã. Sȝ is maxime cũ ad oẽm t̃ptationem ſtatim occurrat. ne forte ꝯtingat a mittere grãm: vt ſibi derelictꝰ hõ labatur cotidie de malo in peius: de periculo minori ad grauiorẽ culpã: quales vtiq3 multos videmꝰ. cũ in ſordibꝰ ſint ſordeſcentes adhuc. Nã aduerſus timorẽ iſtũ non eſt vñ ſibi blãdiatur aĩa: ſiue de minori forte quãtitate peccati. ſiue de emendatione futura. Talibꝰ enĩ blandimẽtis impediũtur aliquatenꝰ duo p̃ma genera timoris. Precipit ergo nobis dñs: vt hac aqua ydrias ĩpleamꝰ. Sũt enĩ aliquãdo vacue ⁊ plene vẽto: ſi q̃s tamẽ adeo inſanꝰ eſt. vt in eo ꝑ vanitatis ſtudiũ ille quas p̄diximꝰ obſeruãtie mera de ꝑpetua vacentur. vt ſũt fatue v̄gines. in quarũ vaſis oleũ nõ habetur. Interdũ aũt q̃d peius ẽ plene quidẽ ſũt. ſȝ plene veneno: q̃d eſt iuidia. murmur. rancor animi. ⁊ detractio. Propterea ne forte ſubintrẽt iſta. dũ vinũ deeſt iubemur iplere ydrias aqua: vt obſeruentur mandata domini in timore: que tunc mutatur in vinum. cum timor expellitur a caritate: ⁊ impleantur omnia feruore ſpiritus ⁊ iocunda deuotione

Sermo in ꝯuerſione ſancti pauli quomodo ad exemplum eius debeamus conuerti.

Merito quidem dilectiſſimi conuerſio doctoris gentium. ab vniuerſitate gentiũ feſtiuis hodie gaudijs celebratur. Multos enim.

ab hac radice ramos prodiſſe videmus. Conuerſus paulus. cõuerſionis miniſter factus eſt vniuerſo mũdo. Et multos quidẽ olim in carne adhuc. ſed non iam ſcd̓m carnem ãbulans. p̄dicationis officio ꝯuertit ad dñm. Nunc in ipõ felicius viuẽs ꝟ apud ipſm̃. ne adhuc quidem ceſſat ab hoĩm conuerſione: dico aũt exemplo. oratione. doctrina. Propterea deniq; conuerſionis eius memoria frequẽtatur. qꝫ ꝟ ipſa memorantibus vtilis inueniatur. In hac enĩ memoria ⁊ peccator ſpem venie concipit. vt prouocetur ad penitentiam: et qui iam penitet. ꝑfecte cõuerſionis accipiat formã. Quis deſperet vltra ꝓ magnitudine cuiuſlibet criminis: quãdoquidem ſaulum audiat adhuc ſpirantẽ minarum et cedis in diſcipulos dñi. ſubito factum vas electionis? Quis dicat iam iniquitatꝭ pondere p̄ſſus. aſſurgere ad ſtudia meliora nõ valeo: quando in ipõ itinere quo ſanguinẽ ſitiens xp̃ianũ. dirum toto pectore virus efflabat ꝑſecutor crudeliſſimus. in fideliſſimũ repente mutat⁹ eſt p̄dicatorẽ? Magnifice ſiquidẽ in hac vna ꝯuerſione. ꝟ miſericordie magnitudo et efficacia grẽ ꝯmẽdatur // Dubito ait lucas circũfulſit eũ lux de celo. O vere ineſtimabilis diuine dignatio pietatis Illuſtrat celeſti fulgore vel aforis. intus adhuc luminis incapacem. Qui necdũ infundi poterat: diuina ſaltem circũfunditur claritate // Et vox facta eſt. Lucis ⁊ vocis teſtimonia credibilia facta ſũt nimis Nec dubitare ẽ de veritate: que ſeſe ingerit ꝑ vtraſ; oculoꝝ ſcilicet ⁊ auriũ feneſtras. Hic nimirum ſic in iordane quoq; ſuꝑ caput dñi ⁊ colũba apparuit. et vox ſonuit: ſic ⁊ in monte quãdo tranſfiguratus eſt. coram diſcipulis claritas viſa eſt: ⁊ vox nichilomin⁹ patris audita //

Paule ſaule: quid me ꝑſequeris? Vere dep̄henſus eſt ſaulus: nõ eſt diſſimulandi locus: nõ eſt facultas vlla negandi In manib⁹ ſunt eplẽ crudeliſſime legationis: autoritatꝭ execrande. ptãtis inique. Quid me ꝑſequeris inquit. An non ꝑſequebatur xp̃m: qui xp̃i mẽbra trucidabat in terris? Aut vero ꝑſecuti ſũt xp̃m qui ſacratiſſimũ illud corpus crucis affixere patibulo: ⁊ nõ ꝑſequebatur eũ qui aduerſus corp⁹ ei⁹ qd̓ eſt eccleſia. eſt ei corp⁹ ei⁹ ceteria ipã. odio furebat iniq̊? Deniq; ſi ꝓpriũ ſãguinẽ dedit ĩ p̃ciũ redẽptiõis aĩaꝝ: nũ tibi videt̄ grauiorẽ ab eo ſuſtinẽ ꝑſecutionẽ. q̃ ſuggeſtiõe malig̃. exẽplo ꝑnicioſo. ſcãdali occaſione aũtit ab ea aĩas q̃s redemit: q̃ a iudeo q̃ ſãguinẽ illũ fudit? // Agnoſcite dilãſſimi: expaueſcite ꝯſorcia coꝝ: q̃ ſalutẽ ĩpediũt aĩaꝝ. Horredũ penit⁹ ſacrilegiũ: qd̓ ⁊ ipõꝝ videt̄ excedẽ facin⁹. q̃ dño maieſtatꝭ ſacrilegas man⁹ iĩecerũt Videbat̄ iã ceſſaſſe ꝑſecutiõis tẽp⁹: ſ; vt palã factũ ẽ. nũq̃ deeſt ꝑſecutio xp̃iano. ſ; neq; xp̃o. Et nũc qd̓ grau⁹ ẽ xp̃m ꝑſequũt̄: q̃ ab ipõ vtiq; xp̃iani dicũt̄ Amici tui de⁹ ⁊ ꝓximi: aduſũ te appropinquerũt ⁊ ſteterũt Cõiuraſſe videt̄ q̃ te vniũſitas p̄pli xp̃iani. a minimo vſ; ad maximũ: a plãta pedis vſ; ad v̓ticẽ nõ eſt ſanitas vlla. Egreſſa eſt iniquitas a ſenioribus iudicibus vicarijs tuis: qui videntur regere populum tuū. Non eſt iam dicere vt populus ſic ſacerdos: quia nec ſit populus vt ſacerdos. Heu heu dn̄e deus. quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi: qui videntur in eccleſia tua p̄matū diligere: gerere p̄ncipatū. Arcē ſponte occupauerūt: apprehenderūt municiones: et vniuerſā deinceps libere et poteſtatiue tradunt incendio ciuitatē. Miſera eorū cōuerſatio. plebis tue miſerabilis ſubuerſio eſt. Atq; vtinā ſola hac parte noceret. Eſſet forte qui dominica p̄monitus ⁊ premunitꝰ exhortatōe caueret operā. ipſorūq; non imitari exempla: ſed obſeruare precepta. Nūc autē dati ſūt ſacri gradꝰ ī occaſionē turpis lucri: et queſtū eſtimāt pietatē. Copioſiſſime ſiquidē pietatis īueniūtur in ſuſcipiendis p̄mo accipienda magis animaꝝ cura: ſꝫ hec apud eos cura minor: et de aīaꝝ ſalute nouiſſima cogitatio eſt. An vō ſaluatori aīaꝝ grauior vlla poterit eſſe perſecutio?

¶ Inique agunt et ceteri contra xp̄iſtū: multiq; ſunt noſtris temporibus antixp̄iſti. Merito tamen et crudeliorē eam cenſet perſecutionē pro acceptis beneficijs: ⁊ grauiorē ſentit pro poteſtate q̄ proprijs ſuſtinet a miniſtris: licet alij q̄ꝫ multi contra proximorū ſalutē multifarie multiſq; modis et varijs occaſionibus agere videātur. Hec videt xp̄e ⁊ ſilet: hec ſaluator patitur ⁊ diſſimulat. Propterea quoq; nos diſſimulemꝰ neceſſe eſt/ et ſileamus interī: maximeq; de prelatis noſtris magiſtriſq; eccleſiaꝝ. Dic nimiū ſic placet et ipſis. vt euadant nunc humana iudicia: venietq; ſemel graue iudiciū hijs qui preſūt: ⁊ potenter patientur tormenta potentes.

¶ Vereor dilectiſſimi: ne quis forte ſit et in nobis dn̄i perſecutor: quia manifeſta docuit ratio. impedire ſalutē/ eſſe perſequi ſaluatorem. Quas ego de ſalute anime mee fratri illi gracias agere poſſum: qui michi propinat detractionis fraterne venenū? Merito / detractores deo odibiles deſcribuntur: tanq̄ perſecutores. Quid et is qui exemplo ſuo ad remiſſius agendū ceteros prouocat: aut ſingularitate turbat. aut inquietat curioſitate. aut impatientia ſua et murmuratione moleſtat: aut quocunq; modo contriſtat ſpiritum dei q̄ in eis eſt. ſcandalizans vnū de minimis iſtis credentibus in eum: nonne et hic manifeſte perſequitur xp̄iſtū?

¶ Vt ergo perſecutorū ⁊ nomen et crimē longe ſit ſemper a nobis: obſecro vos dilectiſſimi benignos ſemper ⁊ mites exhibeamꝰ nos inuicem. ſupportantes in omni patientia: et ad id quod melius et perfectius eſt alterutrum prouocantes. Quis enim ſecurus ſufficere ſibi putat non perſequi dominū: ſꝫ nec obſequi domino? Quā habiturus eſt graciā: ſi vt non reſiſtit. ſed nec aſſiſtit quidem? Deniq; ſi quis adeo puſillanimis eſt vt ſatis ſibi reputet/ nec p̄ſecutorem eſſe nec coadiutorē dei: audiat quid ipſe loquitur. Qui non eſt mecum contra me eſt:

⁊ qui non colligit meũ diſpergit. // Paule ſaule: quid me perſequeris? Et ille. Quis es domine? Hinc ꝓfecto datur intelligi: qꝛ vere circũfuſa erat illi claritas. nõ infuſa. Audiebat paulꝰ dñi vocem. ſꝫ faciẽ dñi non videbat: q̃m erudiebatur ad fidẽ. vt ipſe poſtea docuit: fides ex auditu // Quis es inquit? Ignotũ enim ꝑſeq̄batur: ⁊ in eo conſecutus eſt miãm: quia ignorans in incredulitate hoc fecit. Diſcite ex hꝫ fratres/ iuſtũ iudicem deũ. nõ modo quid fiat ſed quo animo fiat cõſiderate: ⁊ cauete deinceps/ ne quis ꝑua reputet quamlibet ꝑua ſcienter delinquere cõmunicatur. Nemo dicat in corde ſuo leuia ſunt iſta. non curo corrigere non eſt magnũ: ſed in hijs maneã venialibꝰ minimiſꝫ peccatis. Hec eſt enim dilectiſſimi impenitẽtia: hec blaſphemia in ſpiritũ ſanctũ: blaſphemia irremiſſibilis. Paulꝰ blaſphemꝰ fuit: ſed non in ſpiritũ ſanctũ: qꝛ ignorans fecit in incredulitate. Nõ in ſpiritũ ſcm̃ dixit blaſphemiã: ⁊ ideo conſecutꝰ eſt miſericordiam // Quis es dñe? Et dñs ad eum. Ego ſum ihs nazarenꝰ quẽ tu perſeq̄ris. Ego ſaluator quem tu ꝑſequendo petis. Ego ſum de quo in lege tua legis ꝓdictum/ qđ neſcis impletũ: qꝛ nazareus vocabitur // Et ille. Dñe: q̄d me vis facere? Hec plane fr̃es perfecte conuerſionis eſt forma. Paratum inquit cor meum deꝰ: paratum cor meũ. Paratus ſum ⁊ non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua. Domine quid me vis facere? O ꝟbum breue. ſed plenũ. ſed viuũ. ſed efficax. ſed dignũ omni acceptione. Sꝫ pauci inueniũtur in hac perfecte obedientie forma: qui ſuam ita abiecerint volũtatem vt nec ipſũ q̃dem cor ꝓprium habeant: vt non quod ipſi. ſed quod dominꝰ velit oĩ hora requirant: dicentes ſine intermiſſione. Domine: quid me vis facere? Et illud ſamuelis Loquere domine: quia audit ſeruus tuꝰ. Heu plures habemꝰ euangelici illꝰ ceci. q̃ noui apoſtoli imitatores. Quid vis ait dominꝰ ad cecum illum. vt faciam tibi? Quanta eſt miã tua domine: quãta eſt dignatio tua? Dicane dominꝰ ſerui querit vt eius faciat voluntatem. Vere cecus ille qui non conſiderauit: non expauit. non exclamauit. Abſit hoc domine: tu magis dic. quid me facere velis. Sic enim decet: ſic omnino dignũ eſt: non meam a te. ſed tuam a me queri ⁊ fieri voluntatem // Videte fratres: quia vere neceſſaria erat hoc in loco cõuerſio. Sed profecto ſibi multoꝝ vſꝫ hodie puſillanimitas ⁊ peruerſitas exigit. vt ab eis queri oporteat quid vis vt faciã tibi: non ipſi querant. dñe quid me vis facere. Cõſiderate neceſſe habet miniſter et vicarius xpriſti quid ſibi precipi velint: non ipſi conſiderant que voluntas ſit preceptoris. Nõ eſt eorum obediẽtia plena: non in omnibus parati ſunt obſequi: non per omnia ſequi propoſuerunt eũ qui non ſuam ſed patris venit facere voluntatem. Diſcernunt et diiudicant eligentes in quibꝰ obediãt impatiẽ : ꝓmo in quib9 ꝑceptorẽ suũ ipoꝝ obedire nccẽ sit volũtati. Huiꝰmodi ⁊ si tolerari se videat / ac ꝯdescẽdi / ac morẽ geri ĩfirmitati sue : ꝑficiat obsecro pudeatq3 sꝑ ꝑuulos ĩueniri : ne qñ forte audiat q̃d debui vob̃ facere ⁊ nõ feci : ⁊ abutẽtib9 paciencia ⁊ benignitate ꝑlati. fiat tãdem multitudo exhibite miseratiõis · cumul9 iuste dãpnatiõis ¶ Domine quid me vis facere? Ac dñs ad illũ Surge ⁊ ĩgredẽ ciuitatẽ : ⁊ ibi dicetur tibi q̃d te oporteat facẽ. O sapiencia suauit̃ vere vniũsa disponẽs Eũ cui tu loq̄ris erudiendũ de volũtate tua mitt̃ ad hoiẽꝫ : ut socialẽ vite ꝯmẽdet vtilitas. ⁊ edoct9 ꝑ hominẽ discat ⁊ ipe scdꝫ datã sibi graꝫ hoib9 sbuenire Ingredẽ ciuitatẽ Videte frẽs nõ sñ diuino ꝯsilio fcm ẽe : vt hãc ciuitatẽ ꝟtutũ dñi igredẽmĩ diuinã discere volũtatẽ. Plane q̃ te salubriter terruit. ⁊ ꝯuertit cor tuũ ad desideratã volũtatẽ suã : ipse tibi dixit. surge ⁊ ingredere ciuitatẽ ¶ Sꝫ audi q̃ꝫ manifeste ĩ hiis q̃ sequũtur voluntaria simplicitas. ⁊ xpiana ꝯmẽdet mãsuetudo. Aptis oculis nichil videbat : ad man9 trahebatur ab hiis q̃ comitabãt eũ. Felix cecitas ẽ : qua male quondã illuiati in ꝑuaricatiõe / tãdẽ in ꝯũsiõe oculi salubrit̃ excecãtur. ¶ Sane q̃ꝫ triduo paul9 sñ cibo manet ꝑsistẽs in orõne : ad eos maxĩe ꝑtinet. q̃ nouiter sclõ abrenũciãtes. necdũ ĩ celesti ꝯsolatiõe respirãt Sustineãt ꝰ et ipi dñm in oĩ paciẽtia : orẽt sñ intermissiõe. q̃rẽtes. petẽtes. pulsãtes : qr exaudiet eos pat̃ celestis in tẽpe oportuno Nõ obliuiscetur in finẽ : veniet ⁊ nõ tardabit. Si triduo sustinueris cũ nõ hñs q̃d mãduces : ꝯfide qr miores ⁊ miserator dñs. ieiunũ te nõ dimittet. ¶ Exiñ iubet ananyas man9 imponere saulo : sꝫ tanq̃ꝫ bñ eruditus nõ ꝯtinuo acq̃escit. Vide si nõ eã paul9 ipe doctrinã hãc deniq3 tradidit discipulo : nemĩ inquiens cito man9 imposuerit ¶ Vidit ait dñs virũ introeũtem ⁊ ĩponẽtem sibi man9 : vt visum recipiat. Fratres : paul9 hoc cũ vidisset. nõ ꝯtinuo illuiat9 ẽ. Nũquid non expectauit ananie manũ : qr vẽturũ eũ forte ĩ somnio ꝑuidit? Hec dico qr vereor ne q̃s forte sit int̃ vos q̃ solo sese somnio ꝑsumat illuiatũ esse : nec tã equanimiter paciat̃ ad manũ trahi : sꝫ ductorẽ se ẽe ꝓfitetur alienũ Cui necdũ ãministratiõis cura iniũcta est. cui necdũ credita dispẽsatio. cui necdũ ꝑceptum ẽ vt videat et ꝓuideat hiis q̃ aptos oculos hñtes nichil videt : q̃d hoc ꝑsumere temptat : nisi qr meditat̃ inania et q̃si somnia vana sectat̃? Caueam9 ab hoc vicio frẽs sꝑ q̃d in nob̃ est abiecti eligam9 esse ⁊ ad man9 trahi : mansuetudinẽ et humilitatem discentes a xp̃o dño : cui est honor ⁊ gloria in scla sclõꝝ Amẽ.

¶ Sermo secũd9 de ꝯũsiõe sancti pauli et de triplici mãsuetudine

Conuersus ẽ hodie paul9 : ymmo saul9 ꝯuersus est in paulum. Digñe fact9 est tanq̃ꝫ euangelicus ille puul9 : de quo dominus ait. Nisi ꝯuersi fuerit̃ et efficiamĩ ſicut paruulus iſte: non intrabitis in regnū celoꝝ Forte eni ſeipſū dicebat Nimiū ipſe magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: ipſe paruulꝰ qui datus eſt nobis Nec tamē magnꝰ interim. ſed paruulus exhibetur. vt ſe ipſū faciat gratū et efficax neceſſarie paruitatis exemplū. Ad paruulū ergo ſit conuerſio tua. vt diſcas paruulus eſſe: tu quoqꝫ cū conuerteris paruulus fias Enīuero audi ꝙ cui dēter ipſū tibi in quo conſtituat formam conuerſiōis paruulū manifeſtat: ſignanter ea que ſunt paruuli in ſeipſo imitanda proponens Diſcite inquit a me: quia mitis ſū et humilis corde. Gemina paruitas humilitas ⁊ manſuetudo. Et illa interior. iſta exterior paruitas: vtraqꝫ tamen non parua eſt virtus. Nempe ꝙ paruulus ille tam magnū vnum magiſteriū profitetur. Hodie ergo conuerſus eſt paulus: hodie deſijt eſſe ſaulus. Hodie factus eſt mitis ⁊ humilis corde. Probat oris confeſſio/cordis humiliationē dum clamat: dn̄e quid me vis facere. Magis autē probat ipſa collata gracie magnitudo: que nimirū tam multa niſi multū hūili data non fuit. //

Ceterū māſuetudo qm̄ exterior que dā vt diximꝰ paruitas ⁊ ob hoc manifeſtior eſt: tripliciter nobis in conuerſiōe hac cōmendatur. Triplici quidē velut ariete māſuetudo noſtra pulſatur: vboꝝ iniurijs. dampnis rerū. corporis leſiōe In hijs tribꝰ oīs exhibitio paciē: oīs exercitatio māſuetudīs Probata ē illa vbꝰ: quā nichil hoꝝ videt cōcutere potuiſſe Cōſiderate. libet quēadmodum paulus ſuper hijs oībus in ipſa ſtatī cōuerſione ſua tēptatus. vere iā paulꝰ inuentus ſit in hac parte: vere mitis ⁊ paciens. Saule ſaule: qđ me perſequeris: Durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare. Durū equidē verbū. verbū increpatoriū: plenū cōminatiōe Sane qđ ad corpꝰ pertinuit cōcuſſus eſt ⁊ ꝓſtratus in terra. An vero ⁊ dāpno quoqꝫ ꝓbatus eſt: Et valide. Siquidē ipm̄ ei lumē ademptū oculoꝝ: ⁊ apertis vt ſcriptū eſt oculis nichil videbat. Experta eſt in hijs tribus ⁊ exercitata paciētia iob: quē ī hac virtute opinatiſſimū deus exemplar dedit. Sed veſtre hoc induſtrie relinquimus veſtigandum. Sufficiat mouere nos formā vere conuerſionis. magna ex parte in hac manſuetudine conſtitutā: vt pudeat eos que conuerſi eſſe debuerant. vel in corpoꝝ leſiōe. vel in dāpno rerum. vel quod magis indignū eſt in verboꝝ iiurijs īueniri peruerſos penitus et auerſos.

Sermo primus in purificatiōe beate marie virginis de verbis prophete Suſcepimꝰ deꝰ miām tuā ⁊c̄

Hodie templi dominum in templum domini virgo mater induxit Joſeph quoqꝫ ſiſtit domino non ſuū. ſed eius filiū dilectū: in quo ei bene complacuit. Agnoſcit iuſtus quem expectabat: anna quoqꝫ vidua confitetur Ab hijs quatuor primo hodierna proceſſio celebrata eſt: que poſtmodū exultatione vniuerſe terre in omni loco ⁊ ab omni gente celebraretur. Nec ſane mirum ſi tunc ꝑua fuit: qm̄ quidē paruus erat qui ſuſcipiebatur. Nullū ibi locū peccatoꝛ habuit: oēs iuſti. oēs ſancti. oēs fuere perfecti. Sed nūquid hos tm̄ ſaluabis dn̄e? Creſcat corpus. creſcat ⁊ miſeratio: hoīes ⁊ iumēta ſaluabis dn̄e. qm̄ multiplicaueris miſericoꝛdiā tuā deus. In ſecunda iā ꝓceſſione p̄cedūt turbe: turbe ſequūtur. nec ꝟgo poꝛtat ſʒ aſellus. Neminē itaqʒ dedignatur: ne ipōs quidē qui cōputruerunt tanq̄ȝ iumenta in ſtercoꝛe ſuo. Non dedignatur inquam ſed ſi aplica veſtimenta non deſint: ſi doctrina eoꝝ. ſi moꝝ iuſticia. ſi obediencia. ſi caritas cooperiat multitudinem peccatoꝝ: ex hoc iam ꝓceſſionis ſue glā non cenſebit indignos. Magis vero ⁊ ipām que tam paucꝭ collata videtur: nobiſ quoqʒ ab ipſo inuenire eſt reſeruatū. Quid ni reſeruaret poſteris: quā ⁊ prerogauit antiquis? // ¶ Dauid rex et ꝓpheta exultauit vt videret diem iſtū: vidit ⁊ gauiſus eſt. Alioquin ſi nō viderat: vn̄ pſallebat? Suſcepimus inquit deus miam tuam in medio tēpli tui. Suſcepit hanc miſericoꝛdiā dn̄i dauid. ſuſcepit ſymeon: ſuſcepimus ⁊ nos. ⁊ quicūqʒ ſūt p̄oꝛdinati ad vitam. Siquidem xp̄us heri ⁊ hodie ⁊ in eternū. In medio enī templi mia eſt. ⁊ nō in angulo aut diuerſoꝛio: quia nō eſt perſonarum acceptio apud deū. In cōmuni poſita eſt. offertur omnibꝰ: ⁊ nemo illiꝰ expers niſi qui renuit. Diriuantur aq̄ tue foꝛas dn̄e deus: nichilominꝰ tamen fons tuus tibi ꝓprius eſt: ⁊ nō bibit alienꝰ ex eo. Qui tuus eſt nō videbit moꝛtem donec viderit xp̄m dn̄i: ⁊ ſecurꝰ dimittatur in pace. Quid ni dimittatur in pace: qui xp̄m dn̄i habet in pectoꝛe? Ipſe eſt eī pax nr̄a: qui ꝑ fidem habitat in coꝛdibꝰ nr̄is. Tu quomodo hinc exibis aīa miſera: que ducem itineris ihm̄ ignoꝛas? Ignoꝛantiā enim dei quidā habent. Unde hoc? Nempe quia lux venit in mundū: ⁊ dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ȝ lucem. Et lux inquit ī tenebris lucet: ⁊ tenebre eā non cōprehenderunt. Ac ſi aperte dicat. Et in plateis diriuantur aque: ⁊ alienꝰ non bibit ex eis. Et mīa in medio templi eſt: nec tamen attendunt quos manet eterna dampnatio. Mediꝰ veſtrum ſtat o miſeri quem vos neſcitis: vt moꝛientes anteq̄ȝ videatis xp̄m dn̄i/ nō in pace dimittamini: ſed potiꝰ rapiamini a fugientibꝰ preparatis ad eſcam // ¶ Suſcepimꝰ deus miam tuam: in medio templi tui. Longe eſt hec gratium actio. a voce illa gemētis. Dn̄e. in celo mia tua: et veritas tua vſʒ ad nubes. Quid ei? Videtur ne tibi in celo fuiſſe mia: cū apud ſolos celigenas xp̄iſtꝰ haberetur? At vbi ſane minoratus eſt xp̄s paulo minꝰ ab āgelis. factuſʒ eſt dei ⁊ hominū mediatoꝛ: ac velut lapis angularis pacificauit per ſanguinē ſuum. que in celis ſunt. et que ſuper terram: ex hoc iam plane ſuſcepimus deus miſericoꝛdiam tuam in medio templi tui // ¶ Eramꝰ enim

⁊ nos natura filij ire: ſed conſecuti ſumus miſericordiā. Cuius ire filij? et quā miſericordiā conſecuti? Nēpe filij ignorantie. ignauie. captiuitatis: et conſecuti ſapientiā. virtutem. redemptionē. Ignorantia mulieris ſeducte excecauerat nos. mollicies viri abſtracti ⁊ illecti a propria concupiſcentia eneruauerat nos: malicia dyaboli expoſitos iuſte a deo captiuauerat nos. Sic ergo naſcimur vniuerſi. primū quidem vie ciuitatis habitaculi prorſus ignari: deīn imbecilles ⁊ ignaui. vt ⁊ ſi nota eſſet nobis via vite. ꝓpria tn̄ īpediremur et detineremur inercia. Poſtremo captiui ſub peſſimo crudeliſſimoqꝫ tyranno: vt licet prudentes eſſemus atqꝫ robuſti: ipſa tamē miſere ſeruitutꝭ opprimeremur cōditione. Nūquid nō miā ⁊ miſeratōe multa opus habet tanta miſeria? Aut certe ſi iam ſaluati ſimus ab hac triplici ira per xpriſtū. qui factus eſt nobis ſapientia a deo patre. ⁊ iuſticia ⁊ ſanctificatio. ⁊ redemptio: quanta nobis vigilantia opus eſt dilectiſſimi. ne forte quod abſit inueniātur nouiſſima noſtra peiora prioribus. ſi denuo contingat irā incidere: vtpote qui nō natura iam. ſed propria voluntate filij ire ſumus? Amplectamur itaqꝫ miſericordiā quā in medio tēpli ſuſcepimꝰ: et cū beata anna non dimoueamur a templo. Templū enī dei ſanctū eſt. quod eſtis vos: ait apoſtolus. Prope eſt hec miſericordia: ꝓpe eſt vbū in ore noſtro ⁊ in corde noſtro. Deniqꝫ in cordibus noſtris per fidem habitat xpriſtus. Hoc templū eius. et hec ſedes eius: niſi forte excidit nobis qm̄ anima iuſti ſedes ſapientie eſt. Quod ergo frequenter p̄mo ⁊ ſemper āmonere cupio fratres mei. obſecro ⁊ nunc: vt non ambulemꝰ in carne ne diſpliceamus deo. Non ſimus amici huiꝰ ſeculi: ne dei conſtituamur īmici. Reſiſtamus quoqꝫ dyabolo ⁊ fugiet a nobis: vt libere iā ambulemꝰ in ſpiritu: ⁊ in corde ſit conuerſatio noſtra. Siquidē et corpus qd̄ corrūpitur aggrauat animā et eneruat et effeminat animam: et terrena inhabitatio ſenſū multa cogitantē deprimit. vt ad celeſtia non aſſurgat. Vnde et ſapiētia huiꝰ mūdi ſtulticia eſt apud deum: et a maligno qui ſuꝑatur. eiꝰ ⁊ ſeruꝰ adiciatur. Porro in corde ſuſcipitur miſericordia: in corde habitat xpriſtus: in corde loquitur pacē in plebē ſuā. ⁊ ſuper ſcōs ſuos ⁊ in eos qui conuertūtur ad cor

Sermo ſecūdus de ordine ⁊ modo proceſſionis

Gratias redēptori nr̄o q̄ tā copioſe p̄uenit nos ī bn̄dictiōibꝰ dulcedīs: ſacramētꝭ īfātie ſue. gaudia nr̄a multiplicās. Celebratꝭ ſiqdē paulo aīn natiuitate. circūciſiōe. apparitiōe eꝰ: feſtꝰ hodie nob oblatiōis ipſꝰ dies illuxit. Hodie naqꝫ ſiſtit̄ creatori fructꝰ terre ſublimis: hodie placabilis ⁊ deo placēs hoſtia virgineis manibꝰ offert̄ in tēplo. Portat̄ a parētibꝰ a ſenibꝰ expectat̄. Offerūt ioſeph ⁊ maria ſacrificiū matutinū: ſymeō ⁊ anna ſuſcipiūt. Ab hijs quatuor celebrata proceſſio eſt. que per quatuor orbis climata solempnib9 hodie gaudijs ad memoriā reuocantur //

¶ Quia igitur festiuam hodie ⁊ nos ip̄i p̄ter ceterarū consuetudinem solempnitatū acturi sum9 ꝓcessionem: non inutile arbitror modum ip̄ius ⁊ ordinem diligenti9 intueri. Processuri sum9 bini ⁊ bini. candelas habentes in manib9 / ip̄as q̄ʒ succensas: nec quolibet igne. sed qui p̄us in ecc̄ia sacerdotali benedictione fuerit consecratus. Adhuc futuri sunt in processione nostra nouissimi primi et p̄mi nouissimi: et cantabimus in vijs domini. quoniam magna est gloria domini. //

¶ Merito sane bini ⁊ bini procedimus: sic enim ob ꝯmendationem fraterne caritatꝭ et socialis vite. missos a saluatore discipulos euāgelia sacra testātur. Turbat processionem si quis solitarius incedere curat: nec sibi soli nocet: sed eciam ceteris est molestus Hij sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes: nec solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. /

¶ Iam vero sicut non est bonum hominem esse solum: sic in conspectu domini vacuum apparere prohibitum. Cum eni arguantur ociositatis ipsi quos nemo conduxit: qui iam conducti sunt si ociosi inuenti fuerint quid merentur? Fides quippe sine operib9 mortua est. Ipsa deniq̄ʒ opera nostra in feruore agenda sꝫ et in desiderio cordis: vt sint lucerne ardētes in manibus nostris. Alioquin timendum est. ne forte tepidos nos euomere incipiat: qui in euāgelio loquitur dicens. Ignē veni mittere in terrā: et quid volo nisi vt ardeat? Hic plane sacer ⁊ benedict9 est ignis quē pat̄ sanctificauit ⁊ misit in mūdū: et cui benedicit̄ in ecc̄ijs. sicut scriptū est. In ecc̄ijs benedicite deo dn̄o. //

¶ Habet eciam aduersarius noster vt pote peruersus diuinorum operum emulator. habet inquā ignem suum ⁊ ip̄e: ignem concupiscentie carnalis. ignem inuidie ⁊ ambitionis: quē saluator in nobis non accendere sꝫ extinguere venit. Deniq̄ʒ si q̄s hūc alienū ignem diuino offerre p̄sumpserit sacrificio: eciam si patrem habeat aaron. morietur in iniquitate sua //

¶ Porro sup̱ hec que de sociali vita ⁊ fraterna dilectione. de operibus bonis ⁊ feruore sc̄o dicta sunt: humilitatis virtus maxima maxime necessaria est. vt honore p̄ueniam9 inuicem: nec modo p̄ores sed et ip̄os iuniores sibi quisꝫ preponat: que nimirum humilitatis ꝑfectio est. ⁊ iusticie plenitudo Et qm̄ hilarem datorem diligit deus. ⁊ fruct9 caritatis gaudiū est in sp̄u sc̄o: cantemus vt dictū est in vijs dn̄i. qm̄ magna est gl̄a dn̄i. Cantem9 dn̄o canticū nouū: quia mirabilia fecit. In quib9 oı̄bus si q̄s forte proficere dissimulat ⁊ ꝓficisci de v̓tute in v̓tutē: nouerit q̄sq̄s huiusmōi ē in statione nō in ꝓcessioē se ee̅. ymo vero ⁊ i regressioē: qm̄ in via vite nō ꝓgredi regredi ē: cū nichil adhuc i eodē statu ꝑmaneat //

¶ Porro ꝓfect9 nr̄ in eo ꝯsistit. vt sepius dixisse me memini: vt nūq̄ arbitremur nos opprehendisse: sed semper extendamur in anterioꝛa· ⁊ conemur inceſſanter in melius: ⁊ imperfectū noſtrum diuine miſericoꝛdie obtutibꝰ iugiter exponamus·

¶ Sermo tercius de purificatiōe beate marie

Purificationē beate virginis hodie celebꝛamꝰ: que ſecundum legem moyſi facta eſt· tranſactis a natiuitate dñi quadꝛogīta diebus In lege enī ſcriptum erat: vt mulier q̄ ſuſcepto ſemine peperiſſet filiū· imūda ſeptē diebꝫ/ octauo die circumcideret puerū· Dehinc ablutioni ⁊ purificationi intenta· abſtineret ab ingreſſu tēpli triginta tribus diebus: quibꝰ expletꝭ offerret filium domino cū muneribꝫ Sed quis non aduertat in ipſo ſententie huius initio· liberam matrem dñi ab hoc precepto? Putas ei quia dicturus moyſes mulierē que peperiſſꝫ filium imūdam eſſe · non timuit ſuper matrem domini blaſphemie crimen incurrere? ⁊ idcirco p̄miſit ſuſcepto ſemine? Alioquin niſi pariturā preuidiſſet ſine ſemine virginē? que neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine fieri mentionem? Patet itaqꝫ ꝙ lex iſta matrem dñi non includit: quia nō ſuſcepto ſemine filiū peperit Sic p̄dictū fuerat per iheremiā: quia nouum faceret dñs ſuper terram Queris qđ nouū? Mulier inquit circundabit virum· Nō ab altero viro virum ſuſcipiet· nō humana lege concipiet hominem? ſꝫ intra viſcera intacta ⁊ integra virū claudet: ita ſane vt intrāte et exeūte dño iuxta alium ꝓphetā·poꝛta oꝛientalis clauſa iugiter perſeueret ¶ Putas ergo nō poterat moueri animꝰ eius et dicere? quid michi opꝰ eſt purificatione? Cur abſtineā ab ĩgreſſu templi? cuius vterus templum factus eſt ſpiritus ſancti? Cur nō ingrediar templū? que peperi dominū templi? Nichil in hoc cōceptu nichil in partu impurū fuit vel illicitū vel purificādum? nimirū cum proles iſta fons puritatis ſit: ⁊ purgationem facere venerit delictoꝛum · Quid in me legalis purificet mandatoꝛū obſeruatio? que puriſſima facta ſum ipſo partu ĩmaculato? Vere o beata virgo· vere non habes cauſam: nec tibi opus eſt purificatione Sꝫ nunquid filio tuo opus erat circumcisione? Eſto inter mulieres tanq̄ vna earum: nam ⁊ filius tuus ſic eſt in numero puerorꝫ· Circūcidi voluit: et nunc multomagis velit offerri· Offer filium virgo ſacrata· ⁊ benedictum fructū ventrꝭ tui dño repreſenta: offer ad noſtram oīū reconciliationē hoſtiam ſanctam deo placentē· Omnino acceptabit deus pr̄ oblationē nouā: et p̄cioſiſſimā hoſtiam· de qua ipſe ait· Hic eſt filius meus dilectꝰ: in quo michi bene cōplacui

¶ Sed oblatio iſta frēs ſatis delicata videt᷑: vbi tantū ſiſtitur dño· redimit᷑ auibꝰ ⁊ illico reportat᷑ Veniet qñ nō in tēplo offeret᷑· nec inter bꝛachia ſymeōis: ſꝫ extra ciuitatē intra bꝛachia crucꝭ Veniet qñ nō redimet᷑ alieno· ſꝫ redimet alios ſāguine ꝓpꝛio: qꝛ redēptionē cū miſit deꝰ pr̄ ꝓplō ſuo Illud erit ſacrificiū veſꝑtinū: iſtud eſt matutinū· Iſtud quidem est iocundius: sed illud plenius. Istud enī tēpe natiuitatis illud iam in plenitudine etatis. De vtroqꝫ tamē pt̄ accipe qđ ꝓpheta ꝑ dixit: oblatus est quia ipē voluit. Nā ⁊ modo oblatus est. nō qꝛ opꝰ habuit: nō qꝛ sub legis edcō fuit: ꝫ qꝛ voluit. Et in cruce nichilominus oblatꝰ ē. nō qꝛ iudeꝰ ꝑualuit: nō quia ipse metuit: ꝫ quia voluit. // Volūtarie sacrificabo tibi domine: qꝛ volūtarie oblatꝰ es pro mea salute: nō pro tua necessitate. Sꝫ quid nos fratres offeremꝰ. aut quid retribuemꝰ illi: ꝓ oībꝰ que retribuit nobꝭ. Ille pro nobis obtulit hostiā p̄ciosiorem quam habuit: nimirū qua p̄ciosior esse nō potuit. Et nos ergo faciamꝰ quod possumus. optimū qđ habeꝰ offeramus illi: qđ sumꝰ vtiqꝫ nosmetipsos. Ipē seipꝫ obtulit: tu q̄s es qui te offerre cūcteris? Quis michi tribuat: vt oblationē meā dignetur maiestas tanta suscipere? Duo minuta habeo domine (corpꝰ ⁊ aīam dico) vtinā hec tibi ꝑfecte possim in sacrificium laudis offerre. Bonum enim michi longeqꝫ gloriosiꝰ atqꝫ vtiliꝰ ē: vt tibi magꝭ offerar q̄ deserar michiipsi. Nam ad meipsum anima mea cōturbať. in te vero exultabit spūs meꝰ. si tibi veraciť offerať. Frēs morituro domino iudeꝰ mortuas hostias offerebat: ꝫ iā nūc viuo ego / dicit dominꝰ: nolo mortē peccatoris. ꝫ magꝭ vt conuertatur et viuat. Non vult dn̄s mortem meam: et nō libenter offerā illi vitā meam? Hec est enī placabiliꝭ hostia: hostia deo placēs hostia viua. // Sꝫ in oblatiōe illa dn̄i tres fuisse legunť: in hac q̊qꝫ tria nichilominꝰ a dn̄o requiruntur. Fuit in ea oblatiōe ioseph / spōsus mr̄is dn̄i: cuiꝰ filiꝰ putabať. Fuit ⁊ ipā virgo mať: ⁊ puer ihs qui offerebatur. Sit ergo in oblatiōe nr̄a cōstātia virilis: sit ꝯtinētia carnis: sit ꝯscia humilis. Sit inquā in ꝓposito ꝑseuerādi aīmꝰ virilis: sit in ꝯtinētia castitas ꝟginalis: sit in cōscientia simplicitas ⁊ humilitas puerilis. ¶ Sermo guerrici abbatis igniacensis de purificandis ⁊ adornandis cordiū affectibꝰ

Adorna thalamū tuū syō: ⁊ suscipe regem xp̄m: quē virgo concepit virgo peperit: virgo post partum quem genuit adorauit. // ¶ Ad nos fratres. ad nos loquitur spiritꝰ scūs. qui sumꝰ syō. q̄ sumꝰ speculatores: q̄ die ac nocte eleuamꝰ oculos nr̄os ad dn̄m deū nostrū. donec misereať nr̄i. Adornemꝰ igitur thalamū nostrum: ⁊ suscipiamꝰ regem xp̄istū. Ecce frēs xp̄istꝰ in ꝓpria veniens. ⁊ a suis repulsus: non habet vbi caput reclinet. Pre foribꝰ nostris inť materna brachia vagiens: per spiritū sanctū querit hospiciū dicēs Adorna thalamū tuū syō. // Emūdemꝰ igitur thalamū nostrū prius expellendo q̄ oculos xp̄isti intrando offendere possunt: et sic demū adornemꝰ ea inferendo in quibus delectatur et gaudet. Que sunt ait forsan aliquis vestrum: que oculos xp̄isti offendere possunt? Cui dicimus. Nichil ita oculos eiꝰ offēdit ſicut ſuꝑbia: que angelū de celo ⁊ hoīem expulit de paradiſo: que eſt iniciū oīs peccati Quā hortatꝰ nos ſpūs ſcūs vitare dicēs Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? Et alibi Omnis caro fenū Exſiccatū eſt fenū: ⁊ flos eiꝰ cecidit Videamꝰ nūc quid ſuꝑbia fecit Angelū de celo: ⁊ hoīem expulit de ꝑadiſo Merito ħ oculos xpi offendit. q̄ pulcherrimū opus eiꝰ in celo ⁊ in ꝑadiſo fedauit: que fecit de angelo dyabolū: et de homine nuꝑ creato ⁊ iuſto ꝑfidum Que ſicut ⁊ pctōꝝ p̄mū et maximū: ſic eſt oīm regina ⁊ mater viciorum.

¶ Videndū eſt igitur ⁊ ſollicite cōſiderandū. vt eam mens nrā cū tota prole ſua excludat: vt thalamꝰ noſter emundatus et ornatus xp̄m regem q̄ fores pulſat ſuſcipiat Cum tota inquam prole ſua: ſeptem ſcilicet p̄ncipalibꝰ vicijs Que ſūt hec. inanis gloria. inuidia. ira. triſticia. auaricia. ventris ingluuies. luxuria Hec ſūt filie ſuꝑbie que mrēm ſuā ſequūtur. que hoſpiciū quodcūqꝫ intrauerint fetidū reddunt Sed que nobis cū iſtis ꝯmunio? Quis conſenſus templo dei cū ydolis? Nulla nobis (deo agimꝰ grās) cū eis ſocietas: quas cruentes veterem hominē cū actibꝰ ſuis. gladio vere confeſſionis ⁊ pnīe enecauimꝰ Nichil igitur in nobis vltra poſſit ſuꝑbia: que de archangelo dyabolū. et de p̄mo hoīe fecit impiū ⁊ creatori ſuo rebellem

6 //¶ Nichil habeat in nobis vana gloria: q̄ a die cōuerſionis nrē in cruce dñi nrī ihū xpi cepimus gloriari cū aplō dicentes Michi autem abſit gloriari niſi in cruce dñi nrī iheſu xpi: ꝑ quem michi mūdus crucifixꝰ eſt. ⁊ ego mundo. Gloria itaqꝫ nrā ſit crux xpi quā portamꝰ: ⁊ teſtimoniū ꝯſciencie ꝑ crucē xpi purgate. De qua aplūs ait Glā nrā hec eſt teſtimoniū conſciencie nrē In qua ꝯſciencia gloriari: de donis dei eſt deo grās agere. Ad quod nos hortatꝰ aplūs dicēs Qui gloriatur in dño glorieť: id eſt in dño de puritate cōſciencie ſue glorietur Nō eni q̄ ſeipſum cōmēdat ⁊c̄ Ceterū qui in ſe gloriatur. ⁊ q̄ ſibi placet: ſtulto homini placet. Qui ī alio homine gloriatur. aut laudem in mente ab ore alterꝰ expectat: mercedem operū recipit. ac oleo pctōris vngit caput ſuum: auditqꝫ ꝓphetam ſibi dicētem Maledictus homo: qui ponit ſpem ſuā in homine Et in die iudicij cū dixerint domine domine aperi nobis. ait Amen dico vobis: neſcio vos. Hec vana gloria filia eſt ſuperbie: que in quocūqꝫ fuerit inobedientē facit

//¶ Rurſum poſt conuerſionem nichil vltra in nobis habeat inuidia: per quam mors intrauit in orbem terrarum Dyabolus enī inuidet homini aſcēſum vnde corruerat: ⁊ ꝓpter hoc tēptauit et in anima occidit Hec eſt illa que nō magnos ſed paruos ſemꝑ torquet: dicente ſancto iob. paruulum occidit inuidia In eo enim ꝙ aliquis alicui inuidet: minorem ſe oſtendit ei cui inuidet. Sic dyabolus inuidit primo homini: ſic eſau iacob: ⁊ cayn abel. Hec inuidia ꝑuulum occidit: q2 niſi īferior eſſet/ de bono altriꝰ nō doleret. Hac peſte nullus moritur. niſi qui terrena hec appetit: que tota nō veniūt pluribꝰ. Vn̄ ſi qua deſiderat. illi inuidet qui penitus ea accepit: illius partem habēdo quantitatem ei reſtringit. Hunc paruulū occidit inuidia: q2 dū non poteſt adipiſci qđ alij inuidet. in odium iuidie ſiuam cadit // ¶ Rurſum fratres poſt cōuerſionē nr̄am ira nō habeat in nobis locū: quia dn̄s in euangelio gradatim ducit ad gehēne puteū dicens. Qui iraſcitur frī ſuo: reus erit iudicio. Qui dixerit racha. hoc eſt vocē indignatiōis per iram emiſerit: reus erit conſilio: in quo tractatur qua pena ſit multandus. Qui dixerit fatue. hoc eſt tale quid fecerit aut verbo aut verbere. vt inter fratres deſpiciatur: reꝰ erit gehenne ignis. niſi reſipuerit. Hec eſt ira q̄ ſtultoꝝ oculos extinguit: ſapientū oculos nonnūq̄ turbat: dicente pſalmiſta. Turbatus eſt p̄ ira oculꝰ meus. Et de ira ſtulti iob ait. Virū ſtultum interficit iracūdia. Ecce duas iras videmꝰ quarum altera nōnūq̄ turbat oculū: altera ſemꝑ extinguit. Altera venit ex impaciencia: altera ex zelo rectitudīs. Altera venit ex vicio: altera ex v̄tute. De altera qui venit ex virtute pſalmiſta ait. Iraſcimini et nolite peccare. Quaſi dicat. Crudeles eſſe in viciū. mites in frēm: cōſiderantes voſmetipſos. ne et vos tēptemini. De altera que venit ex vicio ait apoſtolus. Sol non occidat ſuper iracundiā veſtram: id eſt xp̄s q̄ eſt ſol iuſticie mētem veſtram iraſcētem non deſerat: qui cum ira nūq̄ habitat. Ira que venit ex zelo rectitudinis debemꝰ iraſci prius noſtris erratibus. et poſt erratibus proximorum: que melior eſt riſu: quia ꝑ triſticiam vultus corrigitur proximus. Que debet tamen ſubeſſe rationi. ne ſit immoderata: ſed in vltione peccati tempus et modum conſideret. Hec ſapiētes interdum turbat. Ira per vicium ſtultos occidit: dum in rixas ꝛ in contumeliam linguam relaxat // ¶ Rurſum fratres poſt conuerſionem noſtram muniēdus eſt thalamus cordis noſtri. ne triſticia rediens introeat: illam dico que mortem operatur: que de amiſſione rerum temporalium venit. Hec eſt illa que prauas cogitationes generat. murmuroſum monachum reddit: que faſtidium parit: ꝛ tenentem aratrum dei. cum vxore loth retro reſpicere compellit. Sine dolore namq̄ non poteſt amittere: quod cum inordinato amore poſſedit. Hanc itaq̄ triſticiam que mortem operatur excludamus: et intromittamus eam que venit de memoria peccatorum/ et de peregrinatione noſtra: dicamuſq̄ cū pſalmiſta. Heu michi quia incolatꝰ meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar. multum incola fuit anima mea. Hec eſt triſticia que vitam operatur: de qua ait apoſtolus. Quaſi triſtes: ſemꝑ autē gaudentes. Hec eſt illa de qua dominꝰ ad diſcipulos dicit. Triſticia vr̄a vertetur in gaudiū. Altera pari

morte: quia parit animi rancorem.
//C Rursū fratres post cōuersionē
muniamꝰ thalamū nostrū. ne auari
cia que est radix oīm maloꝝ rediēs
introeat: nos ab vnius dei cultura
abstrahat. ydolorū cultores faciat.
De q̄ int̄ cetera sic ait aplūs ad dis
cipulos suos Mortificate mēbra ves
tra que sūt super terram: fornicatio
nem. imundiciam. libidinem. concu
piscentiam malā: ⁊ auariciam que
est ydoloꝝ seruitus. Ecce auariciā
ydolatrie compat Et merito Quia
sicut vni deo ydolatria nititur aufer
re glām. ne solus habeat nomē dei
tatis: ita auarus in dei reo se exten
dit. vt solus vsurpet que deꝰ omni
potēs in vsum plurimoꝝ fecit Vtra
qꝫ deo inimica: quia negat deo que
sūt ei Est ⁊ auaricia non solū amor
congregande pecunie aut conseruan
de. sed ambitio p̄lationis. cū nititur
homo homini p̄esse. Hec vt verum
dicam eciā pauperes qui semel pro
xp̄o reliquerūt sua in tantū vexat:
vt cōtra ius ⁊ phas et ꝓpositum su
um non tantū velint: sed eciā stude
ant fratribꝰ et cōseruis p̄esse. Et si
abbas aut p̄or eoꝝ voto non cōsen
serit: irascūtur obloquūtur. eos aut
inuidos. aut sibi maliuolos. q̄ se nō
ꝓuehunt clamant Hec est auaricia
que memoriā mādatoꝝ dei turbat:
dicente psalmista dño. Inclina cor
meū in testimonia tua: ⁊ nō in aua
riciam. Que proditionis est mat̄:
que iudam dei discipulū. primū ad
mandatoꝝ dei obliuionē. de obliui
one ad ꝓditionē. de ꝓditione traxit
g ad laqueū //C Rursū fratres post

conuersionem nostram muniamus
thalamū cordis ne gula rediens in
troeat: que ⁊ adam innocentie ves
te: et esau priuauit p̄mogeniti dig
nitate Hec est illa pestis que patres
nostros in deserto ingratos benefi
ciis fecit: que ꝯpulit eos murmura
re contra deū ⁊ dicere. Vtinam mor
tui essemꝰ in egipto: quando sedeba
mus sup ollas carniū: ⁊ comedeba
mus allia. cepe. ⁊ pepones. Hec est
illa funesta pestis. que eos ad blas
phemiā duxit. quasi non esset alia
vita post istam: cum dicebant. come
damus ⁊ bibamus. cras enī morie
mur id est in futuro Quasi dicerent
Hoc solum habemꝰ q̄ comedimꝰ:
nichil in futuro post hāc vitam nos
habituros speramꝰ. Hanc pestem
cum homine perituram pronūciat
aplūs dicens Esca ventri ⁊ venter
escis: deꝰ hunc ⁊ hanc destruet Hec
pestis triꝑtita est: quia aut ante ho
ram canonicam comedere. aut aliud
q̄ licet: aut plusq̄ necesse est facit co
medere: ⁊ carnis curam in concupis
centiis nititur facere. De qua nasci
tur inepta leticia: sicut de populo
isrl' dicitur Sedit populꝰ manduca
re ⁊ bibere: ⁊ surrexerunt ludere //C
Rursū fratres post cōuersionem nos
trā muniamꝰ thalamū cordis nos
tri. ne luxuria rediens introitū inue
niat: que pestilentia rediens/est pe
ior quā ante fuerat Nunq̄ enī sola
redit: sed sicut dominus ait in euan
gelio assumit septem spiritus nequi
ores se. ⁊ ingressi habitant ibi: ⁊
fiunt nouissima hominis illiꝰ peio
ra prioribus. Hec est pestis illa q̄

corpus xpristi dimembrat: que de membris xpristi facit membra dyaboli. Nam qui adheret alicui persone causa libidinis explende: vnum corpus fit cū illa persona. et fit mēbrum dyaboli cui⁹ ⁊ illa membrū est per coniūctionē maloꝝ operum. Hec est illa pestis que ignem infernalē in corpus humanū accendit: vt vegetū sit ⁊ robustū ad libidinē explendam: et que igni illi inextinguibili materiam semper apponit. ⁊ vires ministrat: vt de suo semper habeat vnde sine fine ardeat. De hijs duobus ignibus luxurie ⁊ gehenne: habemus auctoritatē scripture. De igne luxurie ait. Omnes adulterātes: quasi clibanus succensus a coquente. De igne gehenne ait. Pones eos vt clibanū ignis in tempore vult⁹ tui. hoc est iudicij: vt intus ardeant sicut clibanus accensus in consciencia. Domin⁹ in ira sua conturbabit eos dicens Discedite a me operarij iniquitatis Et deuorabit eos ignis extremus infernalis: quem accenderunt per luxurie feda opera // ¶ Sit ergo fratres summa cura et studium hijs qui in talibus sunt de talibus euadere ⁊ fugere: Nobis vero qui per graciā dei euasimus ⁊ veterem exuimus hominē. qui sumus spon. sit summum studium thalamum nostrum munire et adornare. ⁊ xpristum regem suscipere: sicut hec scriptura precepit quā tractauimus. Adorna thalamum tuum syō Quid est adornare thalamum tuum? Virtutes congregare: quibus et pauimentum et parietes quasi cortinis et floribus tota domus adornetur // ¶ Primus ornatus thalami nostri qui sumus spon. sit timor qui est iniciū sapientie: id est primus gradus per quē ascenditur ad sapientiā. De quo timore ait scriptura. Beatus hō qui semꝑ est pauidus Et psalmista ait Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cū tremore: vt timor auferat securitatē noxiā: ⁊ exultatio mortiferā tristiciā Hic timor generat hūilitatē que est preciosissimus ornatus thalamus spon: que magis placuit xpristo. cū in thalamū virgineū ingrederetur: dicente btā maria. Quā respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes Hec inquā humilitas est ornatus spon. id est pauperum xpristi: de quibus ipse dicit Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorū est regnū celoꝝ. Ecce quomō timor domini primus gradus ascensionis et primus ornatus thalami spon. alios ornatus generat: humilitatē scilicet ⁊ volūtariā paupertatē. Adorna ergo thalamū tuū spon: timore domini // ¶ Secūd⁹ ornatus thalami spon: et secūdus gradus ad sapientiam est pietas. De qua dicit scriptura. Miserere aīe tue placens deo. Et alibi Super quem requiescet spiritus meus: nisi super humilem et quietum? Hec miseretur in se peccantibus. fraterna onera portat: magis eligit quelibet temporalia bona perdere: ꝙ cum fratre lite contēdere. Que profecto pietas nō aliud est nisi deum colere: ⁊ per cultū dei deo placere Hec in nobis generat manſuetudinem· optimum ornatum thalami ſyon: que filios dei nos facit· dicente domino Beati mites: quoniam filij dei vocabuntur Ecce quomodo pietas ſecūdus ornatus thalami ſyon: ⁊ ſecūdus gradus aſcēſionis alium ornatum de ſe generat manſuetudinem: que filios dei efficit· Adorna igitur thalamum tuum ſyon: pietate //

Tercius ornatus thalami ſyon gradus tercius· gradus aſcenſionis eſt ſciencia: que homini ſui cognitionem prebet: vt ſcilicet homo neqꝫ minus neqꝫ plus ꝙ debet de ſe preſumat. Quorum alterum / ſcilicet de ſe nimium preſumere in mala facit precipitem: alterum ſcilicet ſe non cognoſcere facit ad quelibet bona opera torpētem· Ad hāc ſcientiam ſpiritꝰ ſanctus inuitat eccleſiam in canticis· Si ignoras te o pulchra inter mulieres: abi poſt veſtigia falſorum paſtorū/ ſcilicet hereticorum: ⁊ paſce edos tuos· hoc eſt carnales cōcupiſcencias Hec ſciencia prebet nobis fiduciā vincendi omnes tēptationes per veram fidem· dicēte dn̄o in euāgelio Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti: per dei ſcilicet graciā et liberū arbitriū· Videmꝰ iam quomō ſciencia tercius ornatus thalami ſyon et tercius gradus aſcenſionis alium ornatum ī nobis generat: religioſum videlicet luctum· qui cōſolationem a domino in futuro meretur· Hec ſciencia parit in nobis dolorem· et luctum peregrinationis: vt videndo mala exilij que patimur· cum luctu deſideremus patriam· a qua peregrinamur: ⁊ audiamuſqꝫ a domino nobis dici· Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur //

Quartꝰ ornatꝰ thalami ſyō eſt fortitudo: que conuenit laborantibus pro veris bonis acquirendis· Hec eſt que munit thalamū ſyon· vt nō extollatur proſperis: non frangatur aduerſis: que linguā increpantem ⁊ blādientem hijs verbis confundit dicens Dn̄e libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a ligua doloſa· Hec eſt illa que ſemper de die ī diem robuſtior eſuriem ⁊ ſitim iuſticie in thalamo ſyon accendit: facitqꝫ eam audire a domino· Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiam: quoniam ipſi ſaturabuntur· Adorna igitur thalamū tuum ſyon: fortitudine //

Quintus ornatus thalami ſyon/ eſt conſilium: quo homo infirmitates ſuas īquirit· ſuum poſſe/ et ſuum non poſſe inueſtigat: et ex ſua infirmitate alios cōſiderat: alijs parcit ⁊ miſeretur· ſicut ⁊ vult deum ſibi miſereri: alijs dimittit debita/ ſicut ſibi vult dimitti a deo: mereturqꝫ audire a domino· Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur· Adorna igitur thalamum tuum ſyon: conſilio //

Sextus ornatus thalami ſyon eſt intellectus: qui mentem hominis ſuper hec infima capit: omneſqꝫ corporeas ſubſtātias intellectuali ītuitu tranſiens nō corporeis ſubſtancijs figitur: volenſꝫ vltra ꝓgredi ⁊ ꝓpius accedere audit a dn̄o

Ne appropies huc: nõ enĩ videbit me hõ ⁊ viuet. Hic intellectꝰ cõuenit hijs qui a deo purgatũ oculũ habẽt: de quibꝰ dicitur Beati mũdo corde: qm̃ ipſi deũ videbũt. Ad cena igit̃ thalamũ tuũ ſyon: intellectu //

¶ Septimꝰ cenatꝰ thalami ſyon eſt ſapiẽtia: q̃ cõuenit hijs q̃ intellectualibꝰ oculis eterna cõtẽplãtur: quoꝝ cõuerſatio in celis ẽ. q̃ cupiunt diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o: in quoꝝ ꝑſona dicebat aplũs Michi viuere xp̃s eſt: et mori lucrũ. Quaſi diceret Vt xp̃m magnificem: xp̃o viuere volo tm̃: ⁊ xp̃us eſt p̃miũ mortis mee. Et poſt pauca Coarctor aũt e duobꝰ ait: deſiderium habens diſſolui ⁊ eſſe cum xp̃o multo meliꝰ: manere aũt in carne ꝓpter vos. Ecce q̃d facit vera ſapiẽtia: q̃ oẽs rebelles motus corpis ita ſubiugat: vt nullã vltra pugnam ⁊ in carne ſentiat. Pro infirmis fr̃ibus vt eis xp̃m nũciet. exiliũ libẽter patitur. ꝓbra nõ audit. dãpna nõ ſentit. auferẽti tunicã dimittit et pallium: ꝑcuciẽti ad vnã maxillã prebet ⁊ alterã: auditq; a dño Beati pacifici: qm̃ filij dei vocabũtur. Hij cenatus thalami ſyõ: iſtis nos adcenemꝰ q̃ ſumꝰ ſyon. ⁊ regem xp̃m ſuſcipiamꝰ: quẽ virgo cõcepit v̾go peperit: virgo poſt ꝑtũ quadrageſima hoc eſt hodierna die in tẽplo dei preſentauit //

¶ In lege nãq; ſcriptũ erat. vt mulier q̃ ſuſcepto ſemine pepiſſet maſculũ. quadrageſimo die purgata/tẽplũ cũ filio intraret: deferẽs hoſtias ſecũ ꝓ pcc̃o agnũ anniculũ imaculatũ: ⁊ turturem ſiue duos pullos columbaꝝ. Si aũt nõ haberet agnũ: duos pullos colũbe offerret. Hec oĩa beata maria nõ ex neceſſitate: ſꝫ ex humilitate ĩpleuit. Abſtinuit ab ĩtroitu templi quadraginta diebꝰ nõ necẽ habẽs purgari: q̃ ſine omni delectatiõe ſaluo virginitat̾ ſigillo. de ſpiritu ſcõ cõcepit. Obtulit hoſtiam nõ pro pcc̃o ſicut alie mulieres. ſꝫ ꝓ humilitate: oſtendẽs cauſã in hoc q2 filiꝰ dei iheſꝰ xp̃us non ſoluere venerat legem ſꝫ ĩplere //

¶ Et ecce ſymeon grandeuꝰ q̃ acceperat rñſum nõ viſurũ ſe mortẽ. niſi videret xp̃m dñi. vt eum ſuſciperet quem expectabat: ⁊ accepit eũ in vlnas ſuas. hoc eſt int̃ brachia ſua ãplexatꝰ eſt illũ. q̃ appendit tribꝰ digitis molẽ terre: qui oĩa implet. oĩa cõplectitur. int̃ brachia portat dicẽs. Nũc dimittis domine ſeruũ tuũ ſcḋm verbũ tuũ in pace. Cupio diſſolui ⁊ eiꝰ aduentũ cũ patriarchis ⁊ ꝓphetis in inferno expectare: q̃ inter te ⁊ humanũ genꝰ facturꝰ eſt pacẽ. Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ: filiũ tuum quem deſideraui. de quo rñſũ de ſpũ ſcõ accepi. Lumẽ ad reuelationẽ gentium: ⁊ gl̃am plebis tue iſrl̃. De q̃ ait yſaias Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: quia cum plenitudo gentium intrauerit. tũc omnis iſrl̃ ſaluꝰ fiet //

¶ Audite fr̃es audite quid offert maria: quid ſymeon ſuſcipit. Vnigenitum dei. deo patri conſubſtantialem. ⁊ coeternum. verbum in p̃ncipio: ⁊ vt vtilitatem ⁊ conſolationem noſtram audiamꝰ: illum

offert virgo·quē deus abꝛahe pro
miſit dicens·In ſemine tuo hoc eſt
in xp̄o·bn̄dicentur om̄s gentes Et
quē dauid ꝓmiſit dicens De fructu
ventris tui ponã ſuꝑ ſedem tuã Hic
eſt quē virgo offert·patriarcharū
gaudiū·deſideriū ꝓphetaꝝ·gentiū
expectatio:iudeoꝝ qui eū receperūt
ſaluatio;ruine angeloꝝ reparatio·
Talis eſt quē virgo offert deo;ꝑ
mo multo maioꝛ ꝙ̄ lingua aut ho
minū aut ãgeloꝝ poſſit dicere·Et
cū ſit tantus ac talis·qualem aut
quãtū ſe ipē nouit·nõ ſuffecit vgi
ni ip̄m ſolū offerre:ẜ hoſtiã quam
lex p̄ceperat pro eo obtulit·ob hu
militatis ſciꝫ exēplū ; vt nos doce
ret q̄uo et nos eū debeamꝰ offerre
¶ Duos turtures aut duos pul
los colūbe pro eo obtulit·Colūba
fratres ſimplex eſt animal·felle ca
ret·roſtro nõ ledit:in cauernis pe
traꝝ nidificat·alienos pullos nu
trit;iuxta fluenta manet·vt viſa
vmbꝛa accipitris fugiat:meliora
grana eligit·gemitū pro cantu red
dit·gregatī volat;alis ſe defēdit·
viſum recuperat ¶ Et nos frēs cū
ante altare ſteterimꝰ·vt dei filiū de
o offeramꝰ;cū eo ⁊ pro eo par tur
turū/caſtitatem coꝛꝑis : anime of
feramꝰ Et duos pullos colūbaꝝ ꝓ
cantu gementes;cōpunctionem ge
minam pro deſiderio patrie celeſtis
⁊ de cōſideratiōe nr̄e miſerie haben
tes·Columba felle caret;⁊ nos ca
reamꝰ·que peccare nos facit Roſ
tro nõ ledamꝰ;ẜ percuſſi in vnam
maxillam·aliam p̄beamꝰ In cauer
nis petraꝝ nidificemꝰ;in fide pla
gaꝝ xpꝛiſti refugiū habeamꝰ Alie
nos pullos nutriamꝰ; de filijs dy
aboli facientes vbo p̄dicationis fili
os dei·Iuxta flumina maneamꝰ;id
eſt iuxta hūc moꝛtalitatis fluxū ſe
dētes·vmbꝛã accipitris hoc ē pcc̄a
que ſunt vmbꝛa dyaboli maloꝛum
ruinas cōſiderãtes ab eiꝰ vngulis fu
giamꝰ·Meliora grana eligamꝰ;
id eſt meliores ſn̄ias in ſcripturis
ſcis Gregatim volemꝰ:vnū ꝯſenſū
in bono·in ꝯgregatione ſub paſtore
habētes·Alis noui et veteris teſta
menti cōtra inimicos dei nos defen
damꝰ; vel duobꝰ p̄ceptis caritatis·
dei viꝫ amoꝛe et pꝛoximi·Viſum
recuperemꝰ; de bono actiōis ad bo
nū ſemꝑ intēdentes contēplationis

¶ Fratres cariſſimi/tales nos o
poꝛtet eſſe cum coꝛpus xp̄i cōſecra
mus:cum conſecratum manducan
tes ſacrificamus; cum vobis idem
coꝛpꝰ in ſalutem coꝛpoꝛis et anime
poꝛrigimꝰ Tales etiam vos opoꝛ
tet eſſe·cū ſacrum ſacramentum de
manibꝰ noſtris accipitis;ſciētes ꝙ
qui coꝛpꝰ xpꝛiſti indigne accipit·⁊
ſanguinem eiꝰ indigne bibit·iudici
um ſibi manducat et bibit· Verū
quia raro inuenitur talis·qui in ſe
hec omnia habeat: diligat illum
qui bonum habet quod in ſe nō ha
bet; et in illo habet quod in ſe non
videt·Neqꝫ enim credere debemus
ꝙ ſoli ſacerdoti ſupꝛadicte virtutes
ſint neceſſarie; quaſi ſolus conſe
cret et ſacrificet coꝛpus xpꝛiſti·Nō
ſolus ſacrificat·non ſolus conſe
crat:ſed totus conuentus fideliū q̄
aſtat/ cum illo conſecrat; cum illo

cum illo sacrificat. Nec solus ligni faber facit domū: sed alius virgas. alius lingna. alius trabes ⁊ cetera ꝯportat Debent itaqꝫ astantes habere de suo: sicut ⁊ sacerdos fidem firmam: orationem puram: deuotionem piam. Sciendūqꝫ ꝙ sine firma fide nemo astanciū ēē debet Ceteras vero virtutes quas supradiximus. ⁊ si omēs nō habent: diligat illū qui habet qđ in se non inuenit: ⁊ in illo habet qđ in se nondū videt Sicut petrus in iohāne virginitatis habet meritū: sic iohānes in petro mr̄ij habet premiū ¶ Sciendum quoqꝫ ꝙ corpori xp̄i quem maria hodie presentauit ī templo/ quē symeon in vlnis suis suscepit. tria debemus: dignitatem/ reuerentiā ⁊ fructū. Dignitatem: vt eum dei filium. deum de deo. omnipotentē. creatorem oīm. iudicem viuoꝝ ⁊ mortuorum credamus Dignitatem: vt credamꝰ nos statim postq̄ de corpore exierimꝰ ab eo sicut a iudice ꝑcepturos sicut gessimꝰ siue bonū siue malum Ille namqꝫ quem maria in templo presentauit. quem symeon suscepit. quem in manibus consecrantes. ante deum leuamus. benedicimus. manducamus. vobis porrigimus manducandum: ille familiaris noster iudex erit noster. Caueamus ergo ab eo separari per iudicium post mortē: cui ita sumꝰ familiares in vita Dicamꝰ ei itaqꝫ in corde cū eū tractamꝰ: dicamꝰ cū eū ꝯsecramꝰ Dn̄e ad te veniemꝰ post mortē. an̄ tuū tribunal iudicādi astabimꝰ: q̄ nobis ita familiaris ēē dignaris in vita. ꝙ a nob̄ tractaris ꝯsecraris/ manducaris: noli nobis alienꝰ ēē in morte: sed parce nobis in die mala Cōfundantur demones. qui nos tūc ꝑsequentur: destrue fortitudinē illoꝝ in ꝟtute tua: quia nō est qui pugnet ꝓ nobis. nisi tu deꝰ ⁊ familiaris noster. Hec est dignitas quā ei debemus ¶ Debemꝰ ei reuerentiam: inuestigare scilicet nosmetipsos: ⁊ si inuenerimꝰ cor pollutū fedis cogitationibus: aut mala voluntate. ab eius contactu. vt ab igne et nos ⁊ alios arceamus Ignis enim consumens est: ad quē indignus nō debet accedere. ne interiꝰ consumat. ⁊ in reprobū sensum tradat. Exeat ergo extra castra sicut moyses precepit. q̄ nocturno pollutꝰ est sompno: hoc est qui ꝑ negligentiā istiꝰ obscure vite. q̄ tota vt sompnꝰ ꝑtransit. ꝑuenit vsqꝫ ad pollutas cogitatiōes Exeat extra castra. hoc est dum in statu est. ⁊ iudicet se indignum societate fidelium cōmunicantium hoc sacro corpore: lauetqꝫ vestimenta sua per sanctam confessionem: et post solis occasum. hoc est post temptationis calorem. et ardorem iam mortuum. letus redeat et cum alijs fidelibus cōmunicet. Hec est reuerentia quam debemus corpori xp̄isti: quem virgo maria hodierna die in templo presentauit: quem symeon letus inter brachia recepit. ¶ Debemus etiam fructum sciencie: intelligere scilicet quem fructum accipimus si eum digne comedimus. Audite fratres: non me sed apostolum dicentem. Calix benedictionis cui benedicim9 ? nōne cōmunicatio sanguinis xp̄isti est? Calix id est communicatio calicis : facit nos habere quandā ꝯmunionē cū xp̄isto. Et panis quē frangim9 ? nōne participatio corꝑis est domini? Ac si dicat. panis quē frangim9 facit nos vnū corp9 sub xp̄isto capite ? qm̄ sicut vnus panis ex multis granis cōficit. qui postea in corp9 xp̄isti. ⁊ per fidē et per sancta verba que xp̄ist9 suos docuit cōuertitur : sic diuersi participantes hoc corꝑe in vnitate fidei. spei et caritatis / vnū corp9 cū xp̄isto fiunt ? ad xp̄m statim post mortē venturi. et cū xp̄o sicut cū capite suo sine fine regnaturi : quē virgo cōcepit. virgo peperit virgo in templo hodierna die p̄sentauit. Qui cum p̄re ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat de9 : ꝑ omia secula seculorū. Amē.

Sententia de eodem

Qui vult in pace dimitti conetur esse symeō. qui audiens tristiciam interp̄tatur ? vt q̄ horrendū q̄ triste sit incidere in man9 domi. intenta mente perscrutetur : sit ciuis iherusalē / hūs conuersationē in celis. Sit iust9 ne male viuendo pereat : sit timoratus ne de iusticia sua temere presumat. Expectet xp̄m qui est consolatio fideliū : nō querat an̄ vesperum denariū ? veniat in templū imitetur exempla sanctorū puerorū. Accipiat in manibus verbum dei / id est compleat operibus ? gestet puerū in vlnis : amplectatur eū cū brachijs fidei / spei et caritatis. Gaudebitq3 de xp̄isto. adepto xp̄isti ꝯsortio : cupiat indesinēter mori seculo ⁊ viuere deo. Tūc tandē dimittit ī pace ? vt nō videat mortē : q̄ mortē ꝑdidit. et vitam inuenit

Sermo p̄m9 in septuagesima.

Magna michi cōsolatio ē fratres mei in verbo illo domi : qui ex deo ē verba dei audit. Propterea eni vos libenter auditis : quia ex deo estis. Nec ignoro q̄ ī loco alio dicat scriptura. Ex ipso ⁊ ꝑ ip̄m. et in ipso sūt oīa. Sz multo aliter sunt ex eo. q̄ scd̄m beati iohis euangeliū nō ex volūtate carnis nati sunt : sz ex deo. Vñ et īuenies ab eodē iohe ī ep̄la sua scriptū. Oīs qui nat9 est ex deo nō peccat : sz generatio celestis ꝯseruat illū. Nō peccat inq̄t id est ꝑ peccatum non manet in peccato : quia conseruat illum vtiq3 vt perire non possit. ea que falli non potest. celestis generatio. Siue nō peccat id ē tantūdem est / ac si non peccet ? pro eo scilicet q̄ nō imputatur ei peccatum : generatio enim celestis / eā in hac parte conseruat illum. //

Sed generationē istam quis enarrabit ? Quis p̄t dicere ego de electis sum. ego de predestinatis ad vitā : ego de numero filiorū ? Quis inquam potest ? reclamāte nimirum scriptura. nescit homo si sit dignus amore an odio? Certitudinem vtiq3 nō habem9 : sed spei fiducia consolatur nos : ne dubitationis hui9 anxietate penit9 cruciemur. Propter hoc data sunt signa quedam et indicia manifeſta ſalutis: vt indubitabile ſit eū eſſe de numero electoꝝ. in quo ea ſigna ꝑmanſerīt Propter hoc inquā quos pſciuit deꝰ ⁊ pdeſtinauit ꝯformes fieri filij ſui: vt q̄bus certitudinē negat cauſa ſollicitudinis: vel fiduciam pſtet grā ꝯſolatiōis Hoc enī eſt vnū ſemꝑ ſolliciti in timore et tremore. humiliemur neceſſe eſt ſub potēti manu dei: qm̄ q̄les ſumꝰ noſſe poſſumꝰ vel ex ꝑte: q̄les āt futuri ſumꝰ id noſſe penitꝰ nob impoſſibile Itaqꝫ q̄ ſtat videat ne cadat: et in ea forma q̄ ſalutis indiciū ē. ⁊ argumētū pdeſtinatiōis ꝑſeueret atqꝫ ꝓficiat // Porro inter ea que fiduciā pſtāt. ⁊ materiā ſpei. vnū id maximū eſt. de q̄ nunc cepimꝰ loq̄: q̄ ex deo ē verba dei audit Nōnullos enī ſic interdū audientes inuenies. ac ſi nichil ad eos ꝑtineāt q̄ dicuntur: nō intrare cor ſuū. nō diſcutere mores ſuos. nō cogitare ne forte qđ audiūt dictū ſit ꝓpter eos Magis āt ſi forte ſermo dei viuꝰ et efficax. q̄ ſuo et nō eiꝰ q̄ loq̄tur arbitrio ferť quocūqꝫ voluerit: ſi inquā manifeſte aduerſꝰ vicia illa ꝓceſſit. quibꝰ ſeſe illi ſentiūt obligatos. diſſimulāt. ⁊ auertūt oculos cordis: aut q̄libꝫ adinuētione palliāt vicia: ⁊ ſeducūt miſeri ſemet ipſos In hijs ergo ſalutis ſigna nō video: magis āt vereor ne forte ꝓpterea nō audiūt verbū dei: q2 non ſūt ipſi ex deo In vob frēs grās deo. vere inuenio aures audiēdi: nimirū cū in emendatiōe vrā ſine mora appareat frāis verbi Dꝫ eciā interloquēdū fateor: nōnūq̄ ego ſentio feruorem ſtudij veſtri Etenim q̄to habundanciꝰ ſuxeritis. tāto apłꝰ repleť vbera virtꝰ ſpūs ſci: ⁊ tāto copioſius datur qđ ꝓpinem vob: q̄to citius qđ ꝓpinať hauritis Propterea ſepius loquor vobis. eciā pter ꝯſuetudinē ordinis nři: ſcio enim q̄s dixit: ſi qđ ſupererogaueris. cū rediero reddā tibi // Iniciū ſeptuageſime frēs hodie celebꝛať: cuiꝰ nomē in vniuerſa eccīa celebꝛe ſatis habeť Iam vero dico vob kmi. q2 plurimū in hoc noīe cōpatior michi ipſi: ⁊ cōmoueť intra me ſpūs meꝰ. ſuſpirans nimirū ad patriā illam: vbi nec numerꝰ eſt nec mēſura nec pondꝰ Q̄diu enī in pondere ⁊ mēſura ⁊ numero. vniūſa corpōis ⁊ aīe bona recipio: Quāti mercēnarij in domo pris mei habūdāt panibꝰ: ego aūt hic fame ꝑeo Nā de corꝑali cibo ad adā dictū eſt: ⁊ ꝑuenit vſqꝫ ad me In ſudore vultus tui veſceris pane tuo Sed ⁊ cū laborauero. panis dať michi i podē: potus in mēſura: pulmēta i numerō Et de corꝑali quidē ſic Quid vero de ſpirituali: Vtqꝫ puſilľ comedam ſuſpiro: atqꝫ vtinā cū ſuſpirauero ⁊ fleuero. vel fragmētū exiguū merear de celeſti cōuiuio: eciam tanq̄ catellus edam de micis que cadūt de menſis dñorum O ihrlm ciuitas regis magni. qui ex adype frumenti ſaciat te. ⁊ quam fluminis impetus letificat. in te nec pondus vtiqꝫ nec menſura: ſed ſacietas eſt et affluentia ſumma. Sed nec habes numerum: quippe cuius participacio eius in idipſum. Ego vero qui totꝰ ſum in viciſſitudine ⁊ numero? quādo veniam ad vnā illam quā requiro? Quando ſaciabor apparente gloria tua domine? quādo inebriabor ab vbertate domꝰ tue. et torrēte voluptatꝭ tue quādo potabis me? Nunc enim tam exigua ſunt ſtillicidia ſtillancia ſup terrā: vt nec glutire quidē poſſim ſaliuā meam. Hic oīno ſic interī eſt fratres? qꝛ oīa mōdantur ī pondere et numero ꝟ menſura: ſed veniet dies qñ ſūt omnia ceſſatura. Nam de numero quidem legimꝰ: qm̄ ſapiēcie illiꝰ non eſt numerꝰ Et in alio loco apud eūdē ꝓphetā. Delectatiōes in dextera tua vſꝫ in finē. Audi eciā apud aplm̄. pōdꝰ ſīn pōdere. Sup̄ modū inqͣt et in ſublimitate eternū pōdus glorie. Audi pondꝰ eternū: ſed attende qđ ꝓmiſerit ſupra modū. Hic ꝟ xp̄m audio. menſurā ſine menſura ꝓmittentē Menſurā inquit confertā. coagitatā ⁊ ſupeffluentē Hꝫ quādo veniēt iſta? Profecto in fine ſeptuageſime: qđ eſt tempꝰ captiuitatꝭ noſtre Hic enī legimꝰ ꝙ captiui a babilonijs filij iſrl̄. terminū acceperant ānoꝝ ſeptuaginta? quibꝰ trāſactis redierūt in ſua: cū īſtauratū eſt templum. et ciuitas reedificata Atuero captiuitas nrā frēs quādo finietur? que tot ānis ab inicio vtiqꝫ mūdi ꝓtēditur? Quando liberabimur a ſeruitute iſta? Qñ reſtauratꝭ iheruſalē ciuitas ſcā? Vtiqꝫ cōpleta hac ſeptuageſima. q̄ ex denario et ſeptenario conſtat? propter decem mādata que accepimus: et ſeptem impedimenta quibꝰ a mandatorum obediencia retardamur / Primum enim impedimentū noſtrū et occupatio grauis eſt ipā neceſſitas huius miſeri corporꝭ? qđ dū modo ſompnū. mō cibū. modo veſtem. ceteraqꝫ ſilia querit: haud dubiū qn frequēter impediat nos ab exercitio ſpūali / Secūdo loco īpediūt vicia cordis? vt ē leuitas/ſuſpitio. īpaciencie atqꝫ inuidie motus. laudis appetitꝰ ⁊ ſimulac; q̄ cotidie experimur in nobis / Tercium et quartum impedimentū accipe ꝓſperitatem huius ſeculi et adūſitatem. Sicut enim corpus quod corrumpitur aggrauat animam: ſic deprimit et terrena inhabitatio ſenſū multa cogitantē Vtrūqꝫ ergo caue tanqꝫ a laqueo tēptatiōis: et quere arma iuſticie a dextris et a ſiniſtris. / Quītū īpedimentū grauiſſimū ⁊ piculoſiſſimū: ignorantia iſta eſt In multis enim oīno incertum habemꝰ quid agere debeamꝰ: ita vt quid oremus ſicut oportet neſciamus. / Sextum impedimentum eſt aduerſarius noſter: qui tanqꝫ leo rugiens circuit querens quē deuoret / Atqꝫ vtinam in ſex tribulacionibꝰ iſtis liberaremur? vt vel ī ſeptima non tangeret nos malū: nec apphenderet nos piculum in falſis fribꝰ. Vtinā ſoli īpugnarēt nos maligni ſpūs cū ſuggeſtiōibꝰ ſuis: et nichil nocerēt homines piculoſis exēplis/pſuaſiōibꝰ importunis. ſermonibꝰ adulatiōis ⁊ detractionis. atqꝫ alijs mille modis. Vide ꝭcerte ꝙ̄ neceſſariū ſit: vt adūſꝰ hec ſeptē picula qbus īpedimur. ſeptiformis ſcī ſpūs auxilio ſubleuemur. Pro hŷs enim septē· quibꝰ ab obseruantia decalogi retardamur: in luctu penitētie septuagesima p̄ns agit̄. Vn̄ ⁊ reticet̄ interim alleluia solēpne: et humane trāsgressiōis historia miserabilis ab exordio recensetur

Sermo secūdꝰ in lxx· de duplici sopore

Immisit dn̄s soporem in adam· Immisit ⁊ in seipm̄: factus est nimirū secūdus adam: sed est distantia forte non parua· Ille enim soporatus videtur pre excessu contemplationis: xp̄s miserationis affectu: vt in illū soporem inmiserit veritas· in hūc caritas: cū vtraqꝫ sit dn̄s· Ait enim iohānes euangelista Deꝰ caritas est Et ip̄e dn̄s· Ego sum via veritas ⁊ vita· Hanc soporem xp̄i solꝰ caritatis fuisse nemo dubitat· vel nominetenꝰ xp̄ianus· Siquidem accubuit vt leo non victus plane sꝫ victor: ꝑtāte propria ponens aīam: ⁊ somnū mortis excipiens ꝓpria voluntate // Ceterum qualis ⁊ ille sopor fuisse dicendꝰ est vel credēdꝰ: quē misit dn̄s in adam· in quo sine sensu oīno doloris in mulierem edificandā costa sublata est de latere dormientis: Michi quidē non nisi incōmutabilis veritatis intuitū ⁊ abissū diuine sapientie corporeis excedēs sensibꝰ obdormisse videt̄: qd̄ ex eiꝰ verbis vel maxime cōia potest Rediens nimirū indicat quo abisset· dū tanqꝫ ebriꝰ de cella vinaria veniēs· Ructuās illud magnū sacramentū· qd̄ tanto post in xp̄o ⁊ ecc̄a ap̄lus commendauit: Hoc nūc inquit os ex ossibꝰ meis: ⁊ ꝓpter hoc relinquet hō pr̄em ⁊ matrē· ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erūt duo in carne vna· An tibi penitus obdormisse videtur· q̄ in hanc vocem excitatus erupit: ⁊ non magis dicere potuisse· ego dormio ⁊ cor meum vigilat: Verū id quidē sine preiudicio dixerim: si cui forte aliter visum fuerit: maxime si quid aliud in sc̄orū patrum paginis inuenitur Neqꝫ enī oīem arbitror fuisse soporem· aut nostris similem somnis· quos nec contemplationis excessus· nec miserationis affectus· sed infirmitatis defectus inmittit: quos nec veritas· nec caritas· sed necessitas parit· Graue siquidem iugum sup̱ filios adam: non ante in principio sup̱ adam· sed nūc iā sup̱ filios eiꝰ· Quid nō graue miseris: quibꝰ ⁊ viuere labor est· quibꝰ ⁊ qd̄ pauci videntur aduertere· sentire penitus nemo· ipse quoqꝫ sensualitatis vsus inuenitur oneri adeo vt nequeant sustineri· nisi alterna requie foueantur: Quid nisi labor ⁊ dolor et afflictio spiritus ex omnibus que sub celo sunt· quando et illud ei grauissimum est· quo potissimum delectatur: vegetatio scilicet et sensificatio carnis: Nimirum q̄ᵗ sit ei dulce consortium· triste diuortium manifestat: dum vix tandem aueili potest: cum corruptio ip̄a corporis penitus intolerabilis est vegetanti // Hanc non similiter corpus· sed corpus quod corrumpitur aggrauat animam: vt immunem ab hoc grauamine primi parentis animā noueris extitiſſe: donec corpus adhuc gereret incorruptū. Nimirum in libertate poſuit eū de9: vt inter ſumma et infima verſans. et in illa excederet ſine difficultate. ⁊ ad hec ſine illecebra aut neceſſitate deſcenderet. Illa penetrās naturali viuacitate et puritate mentis: hec auctoritate dijudicans preſidentis. Deniq₃ adducta ſunt animalia ad adam. vt videret quid vocaret ea: non ipſe aliqua curioſitate ductus eſt. vt illa videret. Non ſic in nobis libera ratio: ſed vndiq₃ eluctandum eſt. Hic enim ⁊ ab infimis viſco quodā captiua tenetur. et a ſummis indigna repellitur: vt neq₃ ab hijs ſine dolore poſſit auelli: nec ad illa ſine magno gemitu vel raro queat admitti. Hinc nempe vim faciūt. qui querunt animam meam: vt clamare neceſſe ſit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde priuſq̄ꝫ comedam ſuſpiro: quia regnū celorꝫ vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud. Nichilomin9 tamen et illic vnitas. ⁊ hic tenenda diuiſio eſt: ſicut et adam ſoporatus eſt in ꝯtemplatione. et animalia nominū impoſitione diſcreuit. Hic nimirum ſic ⁊ abraham in ſacrificio quidem non volatilia. ſed animalia legitur diuiſiſſe: et martha erga multa turbatur. cum vnū ſit neceſſarium. Neceſſarium plane vnum et maxime neceſſarium: quoniā pars hec optima que non auferetur. Ceſſabit diuiſio cum venerit plenitudo: et erit totius ciuitatis ſancte ihrlm̄ participatio inidipſum. Interī ſpūs ſapientie nō modo vnicus. ſed etiā multiplex eſt: interiora quidē in vnitate ſolidans ꝫ ſub iudicio exteriora diſtinguens. Vtrūq₃ tibi in p̄mitiua eccleſia commendatur: quoniā multitudinis credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna. ne volatilia ſcinderentur: diuidebatur aūt ſingulis ꝓut cuiq₃ op9 erat. vt animalia ſecarentur. Sit igitur etiam in nobis cariſſimi vnitas animorum: vnita ſint corda diligendo vnū. adherēdo vni: et idipſum inuicē ſentiēdo. Sic nimirū exterior ipſa diuiſio. et euadit periculum/ et ſcandalum non incurrat: dum videlicet. et ſi propria cuiq₃ tolerantia. propria quoq₃ in terrenis agendis ſententia. ſed et diuerſa interdum dona ſint graciarum. nec mēbra omnia actum eundē videātur habere: vnitas tamen interior. et vnanimitas ipſam quoq₃ multiplicitatem colligat et conſtringat caritatis glutino ⁊ vinculo pacis.

Sermo primus in capite ieiunij quomodo debeam9 vngere caput et faciem lauare

Hodie dilectiſſimi ſacrū quadrageſime tempus ingredimur: temp9 milicie xpriſtiane. Non nobis eſt ſingularis hec oſeruatio: vna omniū eſt quicūq₃ in eandem fidei conueniunt vnitatem. Quid ni cōmune ſit xpriſti ieiuniū omnibus xpriſtianis? Quid ni caput ſuū mēbra ſequātur? Si bona ſuſcepim9 ab hoc capite? mala autem quare non ſuſtineamꝰ? An reſpuere triſtia volumꝰ? ⁊ communicare iocūdis? Si ita eſt: indignos nos capitis huiꝰ participatione ꝓbamꝰ. Omne enim qđ patitur ille: pro nobis ē. Et ſi in ope ſalutis nr̄e ei collaborare piget? in quo deinceps coadiutores nos exhibemus illi? Non ē magnū ſi ieiunet cū xp̄o: qui ſeſſurꝰ eſt ad menſam patris cum xpriſto Non eſt magnū ſi cōpatitur mēbrū capiti: cū quo ⁊ glorificādū eſt

Felix mēbrū qđ huic adheſerit ꝑ oīa capiti: ⁊ ſeq̄tur illud quocūqꝫ ierit Alioq̄n ſi forte abſcindi ſeparariqꝫ cōtingat: p̄uetur ſtatim neceſſe eſt etiā ſpū vite Cuicūqꝫ enī capiti porcio nō coheret? vn̄ ei iam ſenſus aut vita? Nec ſane deerit q̄ expoſitā occupet: vt ne tunc q̄dem ſit abſqꝫ capite Germinabit rurſū radix amaritudinis: venenatū caput iterū pullulabit Illud inquā caput: qđ in eo contriuerat cū mulier forte mater ecc̄ia Dico āt quādo ꝑ eam regeneratꝰ eſt in ſpem vite: quē natura filiū ire mater carnalis ediderat. Videbit ergo iam ſi fuerit q̄ reuelatos habeat oculos cordis. ⁊ ſpūaliter intueatur. horrēdū oīno monſtrū. corpꝰ hoīs. caput āt demonis habēs Non ſolū aūt? ſed etiā erūt ſine dubio. nouiſſima hominis illiꝰ peiora priorībꝰ: cū vipereū id caput qđ ꝑus fuerat amputatū. non abſqꝫ ſeptē nequioribꝰ reuertatur Quis non ſolo tremiſcat auditu? Tollens mēbrū xp̄i. faciam mēbrū demonioꝝ? Abſciſus a corpore ſaluatoris. ſathane miſer incorporabor? Sit ꝓcul a nobis ſēper execranda ipſa cōmutatio fr̄es Michi omnino adherere tibi bonū eſt o caput glorioſum et benedictū in ſecula: in quo et angeli proſpicere concupiſcunt. Sequar te quocūqꝫ ieris. Si tranſieris per ignem non euellar a te: nec timebo mala quoniam tu mecum es. Tu dolores meos portas et pro me doles: tu prius trāſis per anguſtum paſſionis foramen. vt latum prebeas ſequentibus membris ingreſſum. Quis nos ſeparabit a caritate xpriſti? Ipſa enim eſt: per quam omne corpꝰ per nexus et iuncturas creſcit. Hoc glutinum bonum cuiꝰ meminit yſayas: hēc per quam bonū eſt et q̄ꝫ iocundum habitare fratres in vnū. Hoc vnguētum quod deſcendit a capite in barbam? deſcēdit etiam in oram veſtimenti: vt ne minima quidem fimbria careat vnctione. In capite ſiquidem plenitudo graciarum: de qua accepimꝰ omnes In capite vniuerſitas miſerationis: in capite inhauſtis fons pietatis diuine? in capite affluentia tota ſpiritalis vnguenti: ſicut ſcriptum eſt. Vnxit te deus deꝰ tuus oleo leticie pre participibus tuis. Ipſum tamen quod tam copioſe pater vnxerat caput: maria vngere non vetetur. Calumpniantur quidem diſcipuli: ſed reſpondet ꝓ ea veritas. quia bonum opus ſit operata.

Deniqꝫ et nobis hodie quid precipit in euāgelio? Tu inquit cū ieiunaueris: vnge caput tuum Mira dignatio Sp̄us dn̄i ſuper eū/ eo ꝙ vnxerat eū: ⁊ nichilominꝰ tamē euāgelizās pauꝑibus ait Vnge caput tuum Cōplacet ſibi pater in filio: ⁊ dū vox ſonat in ethere· deſcēdit ſp̄us in colūba Putatis fratres· qꝛ xp̄i baptiſmo criſma defuerit? Manet dn̄i ſp̄us ſuꝑ ipſū: ⁊ vnctū ab eo quis dubitet? Hic eſt filius meꝰ dilectus: in quo michi bene cōplacui Hec plane ſpiritalis vnguenti fragrātia eſt Vnxit pater filiū pre ꝑticipibꝰ ſuis: in quo ꝑ ceteris ſingulariter cōplacet ſibi Pater vtiq̄ diligit filium: affectu vtiq̄ diuino· ⁊ inexꝑto omni creature Vnxit inquā pre ꝑticipibꝰ ſuis: accumulans ſuꝑ eū vniuerſa cariſmata benignitatis māſuetudinis· ſuauitatis: habūdantiꝰ replēs eum viſceribus miſericordie ⁊ miſerationis Vnctum deniq̄ miſit ad nos: quem nobis exhibuit plenū gratie ⁊ pietatis Sic a patre vnctum caput noſtrum: nichilominus poſtulat a nobis vngi // Cū ieiunaueris inquit: vnge caput tuum Ita ne aquam petit a riuulo/ fōs indeficiens? Petit ſine dubio: aut certe repetit magis Ad fontem enī vn exeūt flumina reuertūtur: vt iterū fluant Nō vero vt minꝰ habēs qꝺ dederat repetit xp̄us: ſed ne tibi pereat quicquid ad eum referre volueris Siquidem etiam fluminis aq̄ ſi ſtare ceperit: et ipſa computreſcet ⁊ inundatione facta/ ſuꝑueniens repelletur Sic plane ſic gratiarū ceſſat decurſus· vbi recurſus non fuerit: nec modo nichil augetur ingrato: ſed qꝺ acceperat ei vertitur in perniciem Fidelis autē in modico: cenſetur dignus munere ampliori· Vnge ergo caput tuū: refundens in eū q̄ ſupra te eſt· quicquid in te ē deuotionis· quicquid delectationis· quicq̄d affectionis Vnge caput tuum: vt ſi qua in te eſt grā referatur ad ipſū: nec tuam queras gloriā· ſed ipſiꝰ Vngit enī xp̄m: qui bonꝰ eius odor eſt in ōni loco // Memento ſane aduerſꝰ ypocritas hūc proceſſiſſe ſermonem Nolite fieri ſicut ypocrite triſtes Nō omnimodā nobis triſticiam interdixit: ſꝫ que ī facie eſt coram hoībus Alioq̄n cor ſapientis vbi triſticia: ⁊ paulū quoq̄ diſcipulos contriſtaſſe nō piget· ꝓ eo ꝙ triſtati ſūt ad ſalutem Nō eſt talis triſticia ypocritarū: non in corde ſed in facie eſt· Exterminant enim facies ſuas· Nota proinde ꝙ non dixerit nolite eſſe ſicut ypocrite triſtes: ſed nolite fieri· hoc eſt fingi· Sic quippe vulgo dicitur· Triſtem ſe facit· aut magnificat ſe· et qui te beatificant in errorem te induat: ⁊ ſimilia· que ſimulationis ſunt non veritatis· Tu autem cū ieiunaueris vnge caput tuum: et faciem tuam laua· Exterminant illi faciem: tu autem lauare iuberis Eſt autem facies: que in facie eſt conuerſatio· Hanc fidelis xp̄iſti ſeruꝰ lauat· ne quod offendiculum prebeat intuenti: ypocrita magis exterminat· dum ſingularia magis et inuſitata ſectatur· Sed nec caput vngit: cuiꝰ affectio elongatur a xp̄o: ⁊ variis fauoribus delectatur

Vngit potius ſemetipſũ: vt propriam fragrãtiã opinionis reſpergat. ¶ Aut certe q2 manifeſtũ eſt non eſſe caput ypocrite xp̄iſtũ. nec ſuũ tamen qualecũq3 caput vngere poteſt: cuius mens non ꝓprie teſtimonio conſciencie. ſed adulatiõibus demulcetur. Date nob̄ oleũ fatue virgines de oleo vr̃o Cur hoc? Quia in vaſis ſuis oleũ nõ habẽt. Sz non eſt prudentiũ huiuſmodi oleũ dare. Quod enĩ ſibi fieri nolunt: quãdo ipſi faciant alijs? Audi vero ꝓphetam. cui incerta ꝛ occulta ſapientie ſue reuelauerat deus. Oleũ inquit peccatoris non ĩpinguet caput meum Emũt oleũ iſtud ypocrite: ſicut dñs ait. Amen dico vobis: receperunt mercedẽ ſuã. Exterminãt enĩ facies ſuas: vt appareãt hoĩb9 ieiunãtes. Vides ꝙ breui ſermone ypocritas vel ſingularitatẽ notat: vel arguit vanitatis? Vide etiã ꝙ paucis vel corã deo ſuadet bona. vel coram hoĩbus prouidere. Vnge caput tuum: ꝛ faciẽ tuã laua. Hoc eſt. Dic te irreprehenſibilẽ foris exhibe. vt diuinã tibi conciliare ſtudeas grãz: et ante oculos humanos non propriã queras gloriã. ſ3 auctoris ¶

Poteſt tamen et alio modo lota facies conſcientia pura: vel vnctum caput intelligi mens deuota. Quod ſi id probas: aduerſus duplex vicium quod maxime ſolet appetere ieiunantes. hec duo verba ablutiõis ꝛ vnctionis dicta videntur. Alius enim ieiunat ſtudio vanitatis: ꝛ huic dicitur faciẽ tuã laua. Alius ieiunat cũ impaciencia et rancore. ꝛ huic opus eſt. vt caput vngat. Eſt autẽ caput iſtud mens interior: que tunc vngitur ĩ ieiunio cũ ſpiritualiter delectatur in eo. An vero tibi nouũ videtur: vt dicamus caput vngi ieiunio? Ego plus dico: etiã impinguatur. Nũquid non legiſti ꝙ ſcriptũ eſt. vt alat eos ĩ fame? Eſt ergo ieiuniũ corporis. capitis vnctio: carnis inedia. refectio cordis Quid ni dixerĩ vnctionẽ q̄ et medetur vulneribus: ꝛ exaſperatas cõſciencias lenit? Emat igitur ypocrita ieiunio ſuo oleum peccatoris: ego meũ interĩ nõ vendo ieiuniũ: et ipſũ michi oleũ eſt. quo vngar. Vnge caput tuũ: ne q̃d forte murmuris aut impaciencie ſubeat. Non ſolum autem ſed et gloriari in tribulatione: ſicut ait apoſtolus. Gloriare inquã. ſ3 ab omni ſtudio vanitatis: vt ſit etiam facies mũda. ab oleo peccatoris

F

¶ Sermo eiuſdẽ ſecũdus quomodo conuerti debeamus ad deũ.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro. in ieiunio ꝛ fletu et planctu: et ſcindite corda veſtra. et non veſtimenta veſtra: ait dominus omnipotens. Quid ſibi vult dilectiſſimi: ꝙ precipit dominus vt cõuertamur ad eum? Vbiq3 enĩ eſt et omnia replet: ꝛ nichilominus complectitur vniuerſa Quo me vertã: vt cõuertar ad te dñe deus meus? Si aſcendero in celum tu illic es: ſi deſcẽdero ad infernũ ades. Quid tu iubes quo conuertar ad te ſupra an infra: ad dexterã an ad ſiniſtrã? Cõſiliũ iſtud eſt fratres mei: ſecretũ eſt. q̃d ſolũ credũt amicis: Miſteriũ regni dei eſt· apoſtolis reuelatur in aure: nam turbis nichil dicitur abſꝫ parabola Niſi ꝯuerſi fueritis inquit et efficiamini ſicut paruulus iſte nō intrabitis in regnū celorum· Agnoſco plane quo velit vt cōuertamur· Ad paruulū conuerti neceſſe eſt: vt diſcamus ab ipſo· quia mitis eſt et humilis corde· Ad hoc ſiquidē paruulus datus eſt nobis· Plane idem et magnus eſt· ſed in ciuitate dñi: cui ⁊ dicitur· Exulta ⁊ lauda habitatio ſyon: quia magnus in medio tui ſanctꝰ iſrael ¶ Quid tu inflatis o homo? quid extolleris ſine cauſa? Quid altum ſapis· ⁊ oculi tui omne ſublime vident? quod tibi nō cedet in bonū? Sublimis quidem dominus: ſed nō ita proponitur tibi· Laudabilis magnitudo illiꝰ: nō etiam imitabilis· Eleuata ē magnificentia illius: et non poteris ad eam Nec ſi te ruperis apprehendes Aſcendet inquit homo ad cor altū: et exaltabitur deus· Excelſus ſiquidem dominus: ⁊ humilia reſpicit: et alta a longe cognoſcit· Humiliare: et apprehendiſti Hec plane lex pietatis: ⁊ propter hāc legem ſuſtinui te dñe ¶ Si forte ſublimitatis eſſet via propoſita· ⁊ illic iter quo oſtenderetur ſalutare dei: q̄ta facerent homines vt exaltarentur· q̄ crudeliter inuicem ſternerent· inuicem conculcarent? q̄ impudenter repeterent· manibuſꝫ ⁊ pedibus conarētur in altum· vt imponerent ſeſe homines ſuper capita aliena? Et certe qui ꝯtendit ſuꝑgredi proximos· multas inuenit difficultates: multos habebit emulos: multos patietur ꝯtradictores· aſcendentes equidem ex aduerſo· Nichil verō facilius eſt volenti: q̄ humiliare ſemetipſum· Hoc verbū eſt dilectiſſimi/ qd̄ omnino nos reddit inexcuſabiles: vt ne tenue quidem nobis velamē pretendere liceat ¶ Sed iam ad hunc paruulum· ad māſuetudinis et humilitatis magiſtrum: quonam modo conuerti neceſſe ſit videamꝰ· Cōuertimini inquit ad me in toto corde veſtro· Fratres ſi dixiſſet conuertimini· nichil addens: eſſet nobis forſitan libere reſpondere factum eſt iam: aliud propone mādatum· Nūc autem ſpiritualis vt audis conuerſionis nos āmonet· que non vna die perficitur: vtinam vel in omni vita qua degimus in hoc corpore valeat conſummari Corporis namqꝫ ꝯuerſio ſi ſola fuerit: erit nulla· Forma ſiquidem conuerſionis eſt non veritas: vacuam virtute gerens ſpeciem pietatis ¶ Miſer homo qui totus pergens in ea que foris ſunt· ⁊ ignarus interiorum ſuorum: putās ſe aliquid eſſe cum nichil ſit: ipſe ſe ſeducit· Sicut a qua effuſus ſum ait pſalmiſta in ꝑſona huiuſmodi: ⁊ diſꝑſa ſunt omnia oſſa mea· Et aliꝰ quidam propheta· Comederunt inquit alieni robur eius· et ignorauit· Exteriorem quippe ſuperficiem intuens· ſalua ſibi omnia ſuſpicatur· non ſentiens vermem occultum· qui interna corrodit· Manet tonſura· veſtis necdum mutata eſt: ieiuniorum regula cuſtoditur: ſtatutis pſallitur horis: ſed cor longe eſt a me dicit dominus. ¶ Attende ſollerter quid diligas. quid metuas. vnde gaudeas aut contriſteris: et ſub habitu religionis animū ſecularē: ſub pannis conuerſionis inuenies cor peruerſum. Totū enim cor in hijs quattuor affectionibus eſt: et de eis accipiendū puto quod dicitur. vt in toto corde tuo conuertaris ad deum. Conuertatur proinde amor tuus: vt nichil omnino diligas niſi ipſū: aut certe propter ipſū. Conuertatur etiā timor tuus ad ipſum: quia peruerſus eſt timor omnis. quo metuis aliquid preter eum: aut non propter eum. Sic ⁊ gaudiū tuum ⁊ triſticia. eque conuertantur ad ipſū. Hoc aūt ita fiet: ſi non niſi ſcdꝫ eū doleas aut leteris. Quid enim peruerſū magis: ꝙ̄ letari cū male feceris. et in rebus peſſimis exultare? Sed et ea que ſcd̄m carnem eſt triſticia. mortem operatur. Si pro tuo ſiue proximi peccato doles/ bn̄ facis: ⁊ hec triſticia eſt ad ſalutem. Si gaudias ad munera grē: hoc gaudiū ſanctū eſt ⁊ ſecurū: gaudiū in ſpiritu ſancto. Debes ⁊ in dilectione xpriſti fraternis congaudere proſperitatib9. aduerſitatibuſꝫ condolere: ſicut ſcriptū eſt Gaudere cū gaudentibus: flere cū flentib9 Verū ne ipſa quidē eſt paruipendenda corporalis cōuerſio: quia ſpūalis huius adminiculū noſcatur eſſe non paruum Inde eſt ꝙ in loco hoc dn̄s cū dixiſſet in toto corde: addidit ꝓtin9 in ieiunio. qd̄ vtiꝗ corporis eſt Volo tn̄ amonitos eſſe fr̄es meos. obſeruandum illud non ab eſcis tantū: ſed ab omibus illecebris carnis. et vniuerſa corporis voluptate: ymo vero ieiunandū eſt longe amplius a vicijs. ꝙ̄ a cibis ¶ Sz eſt panis a quo vos ieiunare nolo. ne forte deficiatis in via: et ſi neſcitis. panem dico lacrimarū. Sequitur enim In ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu Exigit enim planctū a nobis: conuerſationis preterite penitentia. Exigit fletum: deſideriū future beatitudinis. Facte ſt michi lacrime mee panes ait propheta: dum dicitur michi cotidie vbi eſt deus tuus Parū enim placet huius vite nouitas. qui necdum vetera plangit: necdum plangit admiſſa peccata: necdū plāgit tempus amiſſū. Si non plangis: plane non ſentis anime vulnera. cōſcientie leſionē. Sed nec futura ſatis gaudia concupiſcis: ſi non cotidie poſtulas ea cum lacrimis Minus tibi nota ſunt: ſi non renuit conſolari anima tua donec veniant Addit deinde propheta Et ſcindite corda veſtra: ⁊ non veſtimenta veſtra. Quibus verbis manifeſte prior ille populus iudeorū. et duriae cordis. et vane ſuperſtitionis arguitur. Crebra ſiquidem apud eos ſciſſio veſtium: ſed non cordium eſſe ſolebat. Quādo enim ſcinderentur corda lapidea: que non poterant nec circumcidi? Scindite inquit corda veſtra: ⁊ nō veſtimēta veſtra. Quis in vobis ē. cui9 volūtas circa vnū aliqd̄ ſolet obſtinatior inueniri? Scindat cor gladio ſpiritus quod eſt verbum dei: ſcindat iſtud. et in multas feſtinet minutias diſpartiri Alioqn̄ non eſt conuerti ad dn̄m in toto corde. niſi ſciſſo corde. Donec enim vnā illā accipias in ihrl'm. cui9 eſt participatio eius in idip̄m. multa tibi interim precipiuntur: ⁊ ſi in vno offenderis fact9 es omniū reus. Sp̄s domini multiplex ait ſapiens: nec potes ſequi multiplicem ſine multiplici ſciſſione. Audi deniq3 hominē quem ſcd'm cor ſuū inuenerat de9. Paratum īquit cor meum de9: paratum cor meū. paratum ad aduerſa. paratum ad proſpera: paratū ad humilia. paratū ad ſublimia: patū ad vniuerſa quecūq3 p̄ceperis Vis paſtorem ouiū facere. vis regem ꝯſtituere populorum: paratū cor meū deus: paratū cor meū Quis vt dauid fidelis: ingrediens ⁊ regrediens ⁊ pergens ad imperiū regis? Et dicebat de peccatorib9. Coagulatū eſt ſicut lac cor eoꝝ: ego vero legem tuam meditatus ſum Hīc enī cordis duricia. inde animi obſtinatio: quia meditatur quis non legem domini ſed ꝓpriam volūtatē ¶ Scīdam9 itaq3 corda nrā dilectiſſimi: quatin9 integra proinde veſtimēta ſeruem9 Veſtes enim nr̄e virtutes ſunt. Bona veſtis caritas: bona veſtis obediencia eſt. Beatus qui cuſtodit veſtimenta hec: vt non ambulet nud9. Deniq3 beati quorū tecta ſunt peccata: et caritas operit multitudinē peccatorum. Scindam9 corda ſicut predictum eſt. vt hec veſtimenta integra conſeruemus: quemadmodū ꝯſeruata eſt tunica ſaluatoris Nec modo ſeruat integram veſtem ſciſſio cordis: ſꝫ et talarē eam facit ⁊ polimitam: qualem a ſancto patriarcha iacob accepit filius qui pre ceteris amabatur. Hinc nempe virtutum perſeuerantia. hinc conuerſationis pulchre diſcolor vnitas. hinc illa eſt gloria filie regis in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.

¶ Poteſt tamen et aliter hec ſciſſio cordis intelligi: vt ſi quid prauū fuerit. ſcindatur ad confeſſionē: ſi durum ad compaſſionem. Quid ni ſcindatur vlcus: vt ſanies effluat? Quid ni ſcindatur cor: vt viſcerib9 affluat pietatis? Vtilis ꝓrſus vtraq3 ſciſſio: vt nec clauſum lateat peccati virus in corde: nec indigenti proximo claudam9 viſcera miſericordie. vt et ipſi miſericordiā conſequamur a domino noſtro ihū xp̄iſto: qui eſt ſuꝑ omīa benedictus in ſecula Amen.

¶ Sermo in quadrageſima de ieiunio. p̄mus.

Rogo vos dilectiſſimi tota deuotione ſuſcipite quadrageſimale ieiuniū: qd̄ non ſola abſtinētia cōmēdat: ſꝫ multomagis ſacramētum. Nam ſi deuote vſq3 modo ieiunauim9: vtiq3 ſcō hoc tempꝫ ieiunandū nobis eſt multo deuotius. Si quid enim additur ad ſolitum abſtinentie modum: nūquid non valde indignum eſt. vt oneroſum ſit qd̄ eccleſia portat vniuerſa nobiſcum? Hacten9 vſq3 ad nonam ieiunauimus ſoli: nunc vſq3 ad veſperam ieiunabunt nobiſcum pariter vniuerſi. Reges ⁊ p̄ncipes. clerus cum populo: nobiles ⁊ ignobiles: ſimul in vnū diues ⁊ pauꝑ. Hec idcirco dixerim frēs: ne quis forte turbet̄ a puſillanimitate ſpiritus. et ieiuniū preſens minori deuotione ſuſcipiat: dum ſe fortaſſe meminerit p̄oris quoq3 ieiunij pondꝰ ſatis difficile toleraſſe. Hoc enī quando poteſt laborat aduerſarius noſter. vt holocauſtū nr̄m deuotionis pinguedine vacuetur: vt et nunꝰ acceptum ſit deo. ⁊ conſcientia noſtra in ſpirituali gaudio minꝰ exhilaretur: ſicq3 de puſillanimitate tolerātie. etiam cōſcientie puſillanimitas generetur. Cuiꝰ aſtucias nō ignorātes: tota obſecro aduerſus eū ſollicitudine vigilemꝰ Et quia hilarem datorem diligit deus. ⁊ ipā quoq3 cōſcientia noſtra ampliori ex inde fiducia ſubleuatur: vt deuotiora ſint nr̄a ieiunia. ſollicite nobis totius eccleſie ꝓponamus exempla //

De quid de hijs loquor quos habemus in hac ieiuniorū obſeruatione cōſortes: quaſi non modo excellentiores habeamus in ea duces ꝑmo et ſectatores: Quāta deuotione ſuſcipiendum nobis eſt. qd̄ a ſācto moyſe tā q̄ hereditario iure traditur: cui ſpeciali pre ceteris ꝓphetis prerogatiua facie ad faciem dn̄s loquebatur: Quāto feruore eſt amplectendum: qd̄ helyas ille cōmendat igneo curru raptus in celū: Ecce eī q̄ multa milia a diebꝰ illis generalis ꝯditio mortis inuaſit: helyas tamen vſq3 adhuc ꝯſeruāte dn̄o manꝰ eius euaſit. Iam vero ſi cōmendāt ieiuniū p̄ſens moyſes ⁊ helyas. Quis magni tamen conſerui noſtri: quantū cōmendat illud ihūs xp̄s dn̄s noſter. quia ⁊ ip̄e totidem ieiunauit: Qualis ille eſt non dicam monachꝰ ſed xp̄ianus: qui minꝰ deuote ieiuniū ſuſcipit. qd̄ ei tradidit ip̄e xp̄iſtꝰ: Deniq3 tāto deuotiꝰ imitādū ē nob̄ dilectiſſimi xp̄i ieiunantis exēplū: quanto certiꝰ ē propter nos eum ieiunaſſe/non propter ſeip̄m //

Ieiunemus ergo cariſſimi et deuote ieiunemus ſancto hoc quadrageſime tempore: ita ſane vt nouerimꝰ quadrageſimā noſtram non ſolos quadraginta dies habere. Continuanda enī nobis eſt quadrageſima cūctis diebus miſere vite huius: dum ꝑ auxiliū gracie que in quatuor euāgelijs ꝯmendatur neceſſe eſt decalogum legis iplere. Errāt plane. qui paucissimos dies iſtos ad penitentiam ſufficere credūt: cum totum vite huiꝰ tempus conſtet ad nichil aliud conſtitutum. Querite dn̄m ait propheta. non ſolum quadraginta diebus. ſed dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt Neq3 enim tūc erit inuocandi tempus. quando nemini proximus erit deus: ſed alijs quidem preſens: alijs vero nimis valde remotus Interim ſane ex eo ꝙ proximus dicitur manifeſtum eſt ꝙ nōdum habetur: et tamen haberi ⁊ inueniri facile poteſt. Quis tibi videtur ei proximꝰ fuiſſe. qui incidit in latrones: Vtiq3 q̄ fecit cū eo miām Ergo quia toto hoc tp̄e mīe proximꝰ: q̄rite dn̄m cariſſimi dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. // Veruntamen pñti quadrageſima maiori nobis eſt feruore querendus: que non ſolū pars. ſed ⁊ ſacramentū eſt totiꝰ temporis huius. Propterea ſi forte diebus ceteris ſtudia nr̄a aliquatinus intepuerant: dignum eſt vt nūc in feruore ſpiritus recaleſcant. Vt ſi gula ſola peccauit: ſola quoqꝫ ieiunet et ſufficit. Si vero peccauerūt ⁊ cetera mēbra: cur nō ieiunent ⁊ ipa̅? Ieiunet ergo oculus qui depredatus eſt animā: ieiunet auris. ieiunet lingua. ieiunet manꝰ: ieiunet ⁊ anima ipa̅. Ieiunet oculus a curioſis aſpectibꝰ et omni petulantia: vt bene humiliatus coerceatur in penitentia: q̄ male liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens: a fabulis ⁊ rumoribꝰ. ⁊ quecūqꝫ ocioſa ſūt. ⁊ ad ſalutē minime ꝑtinentia. Ieiunet lingua a detractione ⁊ murmuratione. ab inutilibꝰ. vanis. atqꝫ ſcurrilibus verbis: interdū quoqꝫ ob grauitatem ſilencij. ⁊ ab ipis que videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab ocioſis ſignis: ⁊ ab opibus omnibus que nō ſunt imperata. Sed ⁊ multomagꝭ aīa ipa̅ ieiunet a vicijs: et ꝓpria voluntate ſua. Etenī ſine ieiunio hoc/cetera a dn̄o reprobāt: ſicut ſcriptū eſt. Quia in diebꝰ ieiuniorum veſtroꝝ volūtates veſtre inueniūtur.:.

Sermo eiuſdem ſecundus de ieiunio ⁊ oratione

Quia ieiunij q̄dragesimalis tēpus aduenit. qd̕ tota deuotione ſuſcipere moneo caritatē veſtrā: dignum duxi aliquatinus exponere quo fructu. et quemadmodum oporteat ieiunare. /// Primū quidem fratres pro eo ꝙ ab ipſis quoqꝫ licitis abſtinemꝰ: ea nobis que prius ꝯmiſimꝰ illicita condonantur. Quid vero eſt condonari cōmiſſa: niſi ieiunio breui / ieiunia redimi ſempiterna? Gehēnam quoqꝫ meruimꝰ. vbi nullus vnq̄ cibus eſt. conſolatio nulla. terminus nullus: vbi guttam aque diues poſtulat: et accipere non meretur. Bonū eſt ergo et ſalutare ieiuniū. quo redimūtur eterna ſupplicia: dū remittuntur hoc mō peccata. Non ſolū autem abolitio eſt peccatoꝝ. ſed extirpatio viciorꝝ: non ſolū obtinet veniā. ſed meretur gratiā: non ſolum delet peccata preterita que ꝯmiſimus: ſed ⁊ repellit futura que cōmittere poteramus // Dicā vnum adhuc qd̕ facile capiatis: ſepius ni fallor experti. Ieiunium orationi ⁊ deuotionem ⁊ fiduciam donat. Et vide quemadmodum ſibi inuicem et ieiunium et oratio ſocientur: ſicut ſcriptum eſt. Frater adiuuans fratrem: ambo conſolabuntur. Oratio virtutem impetrat ieiunandi: ⁊ ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat: oratio ſanctificat ieiunium. et domino repreſentat. Quid enim nobis ieiunium proderit: ſi relinquatur in terra. qd̕ abſit? Subleuetur ergo ieiunium p̄na quadam orationis. Verum huic ne forte minꝰ ſufficiat: alteram quoqꝫ neceſſe eſt ſociari. Oratio iuſti ait ſcriptura: penetrat celos. // Sint ergo ieiunio nr̃o vt facile celos penetret ale due: orationis scilicet atqꝫ iusticie. Iusticia vero que est. nisi que vnicuiqꝫ reddit quod suũ est? Noli ergo quasi solum attendere deum: debitor es etiam prelatis ⁊ fratribus tuis. Nec vult deus vt peruipendas: quos ipse quoqꝫ minime peruipendit. Neqꝫ enim sine causa ait apostolus: prouidentes bona non solum coram deo. sed etiam coram hominibus. Dicebas fortasse: sufficit michi si tantum deus approbat qḋ ago. Que michi de humano cura iudicio? Sed certus sis ꝙ ei minime placet. quicquid cum scandalo filiorum eius ⁊ contra voluntatem ipsius feceris: cui obedire te tanꝙ̃ eius oportebat vicario // Sanctificate inquit ieiunium: vocate cetum. Quid est cetum vocare? Vnitatem seruare: pacem diligere: fraternitatem amare. Superbus ille phariseus ieiunium habuit. ieiunium sanctificauit: qui nimirum et ieiunauit bis in sabbato: et gratias egit deo. Sed non vocauit cetum dicens. Non sum sicut ceteri hominum: ideoqꝫ ala vna nitens ieiunium eius non ꝑuenit in celum. Vos ergo carissimi lauate manꝰ vestras in sanguine peccatoris: et omnino solliciti estote. vt alas duas habeat ieiunium vestrum. sanctimoniam simul et pacem: sine qua nemo videbit deum. Sanctificate ieiunium: vt pura intentio ⁊ deuota oratio illud diuine offerat maiestati. Vocate cetum: vt congruat vnitati. Laudate dominũ in tympano et choro: vt contra sit mortificatio carnis.

d

// Porro quia ⁊ de ieiunio ⁊ de iusticia aliqua diximꝰ: dignũ est vt de oratione pauca loquamur. Hec enim quanto efficatior est si fiat vt debet: tanto callidiꝰ impediri ab aduersario solet. Interdũ enim grauiter impeditur oratio a pusillanimitate spiritus: ⁊ timore imoderato. Hoc autem tũc solet fieri cum sic cogitat homo ꝓpriam indignitatem: vt nõ conuertat oculos ad diuinam benignitatem. Abissus enim abissum inuocat: abissus luminosa abissum tenebrosam: abissus mie abissum misere. Profundũ namqꝫ est cor hominis ⁊ inꝑscrutabile. Sed si magna est iniquitas mea: multo maior ẽ dñe pietas tua. Ideoqꝫ cum ad meipm̃ turbata fuerit anima mea: memor sũ multitudinis mie tue. ⁊ respiro i ea: ⁊ cũ introiero in potẽtias tuas, nolo memorari iusticie tue solꝰ // Verũptñ sicut ꝑiculũ ẽ si fuerit orõ nimis timida: sic i ↄtraria ꝑte nõ minꝰ/oĩo ⁊ maiꝰ ꝑiculũ est si forte fuerit temeraria De hijs q̃ sic orant. audi quid loquatur ad prophetam dominus Clama ne cesses: q̄si tuba exalta vocem tuam ⁊c̃. Quasi tuba inquit: quia in spiritu vehementi increpandi sũt temerarij. Hi etenim querunt: qui seipsos nondum inuenerunt. Nec hoc dico vt peccatoribus auferam orandi fiduciam: ꝫ volo eos orare tanꝙ̃ gentem que peccatum fecerit. nõ iusticiam. Orent pro indulgentia peccatorum suorum in animo contrito et spiritu humilitatis: quemadmodum publicanus ille

Deus inq̄t ꝓpitiꝰ eſto michi peccatori. Temeritatē enī dico· quando is ī cuiꝰ ꝯſcientia peccatū adhuc ā viciū aliquod reg̃t· ambulat ī magnis ⁊ ī mirabilibꝰ ſuper ſe: nunꝰ ſollicitus pꝛo periculo aīe ſue· //

Terciū periculū eſt: ſi ſit oꝛo tepida· ⁊ nō ex viua affectione pꝛocedēs. Timida quidē oꝛatio celū non penetrat: quia reſtringit animū timoꝛ īmoderatus: vt omnino nō dicā nō aſcendere ꝫ nec pꝛocedere queat. Tepida vero in aſcenſu langueſcit ⁊ deficit: eo ꝙ nō habeat vigoꝛem. Nā temeraria aſcendit ſed reſilit· reſiſtitur enim ei: nec tantum non obtinet grām: ꝫ meretur offenſā. Que vero fidelꝭ ⁊ humilꝭ ⁊ feruēs oꝛō fuerit celū ſine dubio penetrabit: vñ certum eſt/ ꝙ vacua redire nō poſſit·

Sermo de periculis temptationū et triplici modo oꝛationis terciꝰ

KAritas qua pꝛo vobis ſolliciꝰ ſum fr̃es mei· cogit vt loquar vobis: ⁊ vꝛgente ea multa ſepiꝰ loquerer: niſi tam multꝭ occupationibꝰ impedirer· Nec mirū ſi ſollicitus ſum ꝓ vobis: cū inueniā in memet ipſo materiā multā· ⁊ occaſionē ſollicitudinis. Quociēs enī ꝓpꝛiā miſeriam ⁊ multimoda attendo pericula haud dubiū quin ad meipſū conturbet anima mea· Nec minoꝛ michi ſollicitudo eſt pꝛo ſingulis quibuſqꝫ veſtrū: ſi tamē diligo vos tanq̄ me ipſum· Nouit ipſe qui ſcrutatur coꝛda· quociēs in coꝛde meo ꝓpꝛie ſollicitudini ꝑponderat ſollicitudo veſtra· Nec mirum ſi multa eſt michi ſollicitudo· et timoꝛ magnus conturbat me· ſuꝑ oībꝰ vobis: quos video ī tāta miſeria· ⁊ ī tātis ꝯſtitutos eſſe periculis· Ipſi enī vt manifeſtū eſt· geſtamꝰ laqueū noſtrū: nobiſcū vbiqꝫ ꝓpꝛiū circūferimꝰ inimicum· Carnē hanc loquoꝛ de peccato natam· in pc̄co nutritam: coꝛruptā nimis ipſa origine: ſed multo āplius pꝛaua ꝯſuetudine viciatam· Hinc eſt ꝙ tam acriter aduerſꝰ ſpm̄ concupiſcit caro· ꝙ aſſidue murmurat· et impatiens eſt diſcipline: ꝙ illicita ſuggerit· ꝙ nec rationi obtemꝑat: nec inhibetur vllo timoꝛe· Huic accedit· hanc adiuuat· hac vtitur ad impugnandos nos callidiſſimꝰ ſerpens: cui nullum aliud deſiderium eſt· nullum ſtudium· nullum negocium: niſi effundere ſanguinē aīaꝝ· Hic eſt qui iugiter machinatur malū· qui deſideria carnis inſtigat: q̄ concupiſcētie ignē naturalem quodā modo venenatis ſuggeſtionibus ſufflat: illicitos motus inflāmat· peccati occaſiones parat: et mille nocēdi artibꝰ coꝛda hominū temptare non ceſſat· Hic eſt qui manꝰ nr̃as ꝓpꝛio angulo alligat: ⁊ vt dicitur baculo noſtro nos cedit: vt caro q̄ data eſt nobis in adiutoꝛium: in ruinam nobis ⁊ in laqueum fiat //

Sed quid pꝛodeſt indicaſſe ꝑicula ſi nulla ꝯſolatio· nulla adhibeātur remedia? Grande quidem periculū eſt et grauis lucta· aduerſus domeſticum hoſtem: maxime cum nos aduene ſimus· et ille ciuis: ille ſuam inhabitet regionē: nos exules ſimus ⁊ peregrini. Magnum quoqꝫ diſcrimen aduerſus dyabolice fraudis aſtucias. tam crebros ẏmo continuos habere conflictus: quem nec videre quidem poſſumus: et quem nimis aſtutum fecerit tam natura ſubtilis. ꝗ̃ longa exercitatio malicie huius. Verumptamen in nobis eſt ſi vinc̄ volumus: ⁊ nemo noſtrū in hoc certamine deicietur inuitus. Sub te eſt o homo appetitus tuꝰ: et tu dominaris illius. Poteſt inimicus ſuſcitare temptationis motum: ſed in te eſt ſi volueris dare vel negare conſenſum. In tua facultate eſt ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum: vt omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim inflāmat inimicus deſiderium tibi vanitatis. aut impacientie / cogitationes ingerit. aut excitat libidinis motum: tu ſolūmodo ne conſenſeris: et quociēs reſtiteris ſic. totiens coronaberis. Verumptamen negare non poſſum fratres. moleſta ſunt hec et periculoſa: ſed eſt et in ipſo certamine ſi viriliter reſiſtimus pia quedā tranquillitas de conſciencia bona. Credo etiam ſi cogitationes iſtas ꝗ̃ cito in nobis aduertimus non patimur remorari: ſed in ſpiritu vehementi animꝰ aduerſus illas excitatur: quoniam inimicus confuſus abſcedet. nec tam libenter illico reuertetur.

d // Sed qui ſumus nos aut que eſt noſtra fortitudo: vt tam multis temptationibus reſiſtere valeamꝰ? Hoc erat certe quod querebat deꝰ. hoc erat ad quod nos perducere ſatagebat: vt videntes defectum noſtrum. et ꝙ non eſt nobis auxilium aliud: ad eius miſericordiam tota humilitate curramus. Propterea rogo vos fratres. vt ſemper ad manum habeatis tutiſſimū orationis refugium: de qua etiam pauloante memini me in fine ſermonis eſſe locutum. Verumptamen quociens de oratione loquor. v̄ba quedam humane cogitationis audire michi videor in corde veſtro: que ⁊ ab alijs frequenter audiui: ⁊ nonnūꝗ̃ expertus ſum vel in memetipſo // Quid enī eſt ꝙ licet nūꝗ̃ ab oratiōe ceſſemꝰ: vix vnꝗ̃ experiri videtur aliqs noſtrum. quis ſit orationis ſue fructꝰ? Sicut ad orationem accedimus. ſic et redire videmur: nemo nobis reſpondet verbum. nemo quicꝗ̃ donat: ſed laboraſſe videmur incaſſum. Sed quid dicit in euangelio dominus? Nolite iudicare ſcd̄m faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Quid eſt autem iuſtum iudicium. niſi iudicium fidei: quoniam iuſtus ex fide viuit? Ergo iudicium fidei ſequere. et non experimentum tuum: quoniam fides quidem verax eſt: ſed et experimentum fallax. Que eſt ergo veritas fidei: niſi quam promittit ipſe filius dei? Quicquid orantes petitis: credite quia accipietis. et fiet vobis. Nemo noſtrū fratres paruipendat orationem ſuam: dico enī vobis: qꝛ ip̄e ad quē oramꝰ nō ꝑuipendit eā. Priuſꝗ̃ egreſſa ſit ab ore noſtro. ip̄e ſcribi eā iubet ī libro ſuo: ⁊ vnū e duobꝰ indubitāter ſperare poſſumꝰ: qm̄ aut dabit qđ petimꝰ. aut quod nouit eſſe vtilius. Nos enim quid oremꝰ ſicut oportet neſcimꝰ: ſ; miſeretᷣ ille ſuper ignorantia noſtra. ⁊ orationem benigne ſuſcipiēs. qd nobis aut omino non eſt vtile. aut non tam cito donari neceſſe eſt. minime tribuit. Oratio tamē īfructuoſa non erit: ita ſane ſi fecerimus qd monemur in pſalmo. id ē ſi delectemur ī domino. Ait enī ſāctus dauid Delectare ī domino: ⁊ ipē dabit tibi petitiōes cordis tui. //

Sed qd o ꝓpha tā abſolute mones delectarī in domino: ac ſi ad manꝰ nobis ſit huiꝰ modi delectatio? Delectationē cibi/ ſompni/ q̇etis/ ⁊ ceteroꝝ que in terra ſūt nouimꝰ: deꝰ autē quā delectationē habet vt ī eo delectamur? Fres mei ſeculares hͦ dicere poſſūt: vos nō poteſtis. Quis enim veſtꝝ eſt qui nō ſepe exꝑtus ſit cōſcientie bone delectationē: et qui nō guſtauerit ſaporē caſtitatis/ humilitatis/ caritatis? Non ē hec delectatio cibi/ neqꝫ potꝰ aut ſimilis cuiuſlibet rei: delectatio tamē eſt. et maior ōnibꝰ illis. Diuina enī et nō carnalis delectatio: ⁊ cū in hijs delectamur. plane delectamur ī domino. //

Sz forte cauſātur multi ꝙ affectū hūc delectabilem et dulciorē ſuꝑ mel et fauū rarius exꝑiunt̄. nimirū qꝛ tēptationibꝰ interī exercent̄: multoqꝫ virilius agunt. ſi virtutes ipſas nō pro delectatione quā exꝑiunt̄: ſed ꝓ virtutibꝰ ipſis. et ꝓ ſolo bn̄placito dei tota intētione et ſi nō tota affectione ſectantur. //

Nec dubiū qn optime cōpleat (qui hmōi eſt) ꝓphete āmonitionē. qua dicit/ delectare in domino: qm̄ nō de affectu loquitur ſed de exercitio. Affectꝰ enim ille eſt beatitudinis: exercitiū vero virtutis. Delectare inq̇t in dn̄o Ad hoc intende. ad hoc conare. vt in dn̄o delecteris: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Sz cōſidera ꝙ petitiōes cordis dixerit: quas approbat iudiciū rationis. Nec habes vn̄ cauſeris: ſ; vn̄ magis toto vel affectu in gratiarū actione verſeris: quādo quidē tāta ſuꝑ te cura ē deo tuo. vt quotiēs ignorās queris qd tibi inutile eſt. nō te audiat ſuꝑ hoc: ſed mutet illud vtiliori dono. Sic ⁊ pater carnalis. ꝑuulo querēti panē libenter porrigit: querenti cultellum quem nō neceſſarium putat nō conſentit: ſ; magis ipſe panem ei quem dederat frangit: vel ab aliquo miniſtrorum frangi precipit: vt ille nichil habeat ꝑiculi. nil laboris. //

Porro petitiones cordis ī tribꝰ credo cōſtare: nec video qd p̄ter illa electꝰ q̇ſquā ſibi debeat poſtulare. Duo quidē huiꝰ tēporis ſūt: id eſt bona corporis ⁊ bona aīe. Terciū vero ē btītudo vite eterne. Nec mireris ꝙ bona corporis a deo dixerī ēē querēda: qm̄ eiꝰ ſūt corporalia oīa ſicut ⁊ ſpiritalia bona. Ab eo ergo eſt petēdū ⁊ ſperandū nobis: vnde poſſimꝰ in eiꝰ ſeruicio ſuſtētari. Verūtn̄ pro neceſſitatibꝰ aīe orandū nobis eſt ⁊ frequentiꝰ et feruētiꝰ: id eſt ꝓ obtinēda gratia dei. aīmeqꝫ virtutibꝰ Sic ⁊ pro vita eterna tota pietate ⁊ toto nobis orādū ē deſiderio: vbi nimirū corporis ⁊ anime plena ⁊ ꝑfecta eſt beatitudo //

In hijs tribꝰ vt cordis petitiōes ſint: tria nobis sunt obseruāda Nam ⁊ in p̄ma q̄dē suꝑfluitas: in secūda īpuritas: ⁊ elatio interdū subreꝑe solet in tercia Nonūq̄ enī temꝓalia q̄ri solent ad voluptatē: virtutes ad ostentationē Sed eciā vitam eternā fortassis aliqui nō in huīlitate querūt: sed tanq̄ in fiducia suoꝝ meritoꝝ Nec hoc dico q̄n accepta grā fiduciā donet orandi: ꝫ nō oportet vt in ea constituat quisq̄ fiduciam impetrādi Hoc solū conferūt hec p̄ma dona: vt ab ea mīa q̄ tribuit hec. sperentur eciā āpliora // Dit ergo orō que ꝓ temꝑalib9 est. circa solas necessitates restricta: sit orō que ꝓ virtutib9 aīe est ab omni impuritate aliena. ⁊ circa solū bn̄placitū dei intēta: sit ea q̄ sit pro vita eterna ī omni humilitate. p̄sumēs de sola vt dignum est miseratione diuina //

Sermo eiusdem quart9 de oratione dn̄ica.

Fiat voluntas tua: sicut in celo ⁊ in terra Volūtas dn̄i fratres. que prius āgelos creauit faciens: eosdē postmodū ī eis facta beauit Dicit enī verbum qd̓ erat in p̄ncipio. carnē suscipiēs. dicit̄ ⁊ vere dicitur factū caro: sic volūtas illa eterna in āgelo facta est. cum āgelicam oīno in se absorbuit volūtatem. Quid ni dicat̄ facta in āgelo: cū āgelica facta est? Hec enī sūma illi9 felicitatis est: hic voluptatis celestis torrēs q̄ diuina voluntas ipsa facta est eciā angeloꝝ: vt quēadmodum placet deo vniuersitas āministrationis hui9: sic ⁊ ipsi in omnib9 delectentur Hoc igitur oram9 vt sicut ī celestib9 facta ē creaturis. fiat eciā ī terrenis: vt sicut āgel9 sic ⁊ hō adherēs vn9 cum eo spūs sit // Sz heu me q̄t obstacula sepant: q̄t ꝓhibet īpedimēta? Obicit sese malicia mediā: obicit īfirmitas: obicit ꝯcupiscētia ⁊ ignorātia nr̄a // Inest ei nob a natura magis āt ab exterminatiōe nature affectio quedā pessima ⁊ libido nocēdi: vt inextiguibil' īueniat̄ in miseris aīmab9 nr̄is malicie delcātio. Quid vō lōgi9 a volūtate diuina? Plane chaos magnū inter nos et illā firmatū est in hac pte: cū semꝑ cū delectet p̄stare bn̄ficia et igratis: nobis ꝯtraria suggerat affectio crudelissima vel innoxijs velle nocere. Hinc omnis radix amaritudinis germinat: hinc iudic. hinc detractiōes. hinc dissētiōes pullulāt: hic siluescūt īimicicie At hec quidē germina virulēta p̄scidi semꝑ necesse est falce iusticie: qua videlicz extorquem9 a nob. ne cui faciam9 qd̓ nolum9 nobis fieri: ꝫ q̄ volum9 vt faciāt nobis hoīes ⁊ nos eis eadem faciam9 Eradicari tn̄ aut extirpari a cordib9 nostris omino nō poterit malicia: donec in mundo fuerimus qui positus est in maligno Conteritur quidem serpentis caput: sed experiri est frequenter. calcaneo insidiantem // Secundo loco ipsa quoq3 corruptibilis hui9 infirmitate corporis prepedimur: ne volūtas nr̄a diuine valeat cohere Nob q̄dē qd̓ molestū sentim9 nō p̄t non displicē: ⁊ frequēt̄ ī hijs volūtas nr̄a a diuina dissidet volūtate: cui ne penitꝰ adułerſetur/ Fortitudo eſt nobis neceſſaria: q̄ ſecūda ſpēs eſt virtutis. Nec ſola impedit afflictio corꝑis. īpedit ꝟ cōcupiſcentia: qua multiplicibꝰ ꝟ inexplebilibꝰ diſtrahimur deſiderijs. Quando aūt poterit anfractuoſa ⁊ angulis plena voluntas ei vniri: que rectiſſima eſt. ꝟ oīmodis indiſtorta? Heu michi dñe deꝰ. quia vndiqꝫ michi bella: vndiqꝫ ꝑicula: vndiqꝫ impedimēta. Quacunqꝫ me vertam nulla ſecuritas: ⁊ que mulcēt ꝟ que moleſtāt timeo: ꝟ eſuries et refectio. ⁊ ſompnus et vigilie. et labor ꝟ requies militant cōtra me. Diuicias ⁊ paupertates ne dederis michi orat ſapiēs: nimirū qz vtrobiqꝫ laqueꝰ: vtrobiqꝫ ꝑiculum. Qꝫ ſi repīmit tēperantia cōcupiſcētiam. hoc quippe in hmōi remedium eſt: erit quidē ⁊ vnio iam nōnulla. ſed plena non erit. Hinc ⁊ aplūs de ſe fatetur Ego ipſe ait mente cōſentio legi dei: carne aūt legi peccati. Ex parte ergo coheret. et ex ꝑte diſſidet: donec veniat quod ꝑfectum eſt: ⁊ qd̄ ex ꝑte eſt euacuetur// Quarta eſt ignorantia: quam ⁊ ipſam nobis plurimū obeſſe nō ignoratis. Quo enim pacto voluntatem ſuꝑiam ſequar: vbi ignoro eam? Cognoſco autem tantum ex parte: ⁊ necdū ſicut cognitus ſum. Propterea inquirēda ſūt nobis cū omni deſiderio incremēta prudentie: vt magis ac magis notam faciat nobis deꝰ voluntatem ſuam: vt ſciamus quid acceptū ſit ei omni tempore. Hic virtutum cōſūmatio vnionem illā tam felicem tam deſiderabilem cōſummabit. vt ſit nobis cū deo vna volūtas: ⁊ q̄cūqꝫ ei placēt. placeant ſimul ꝟ nobis: atqꝫ hoc nobis erit vt de āgelis ſupradictū eſt oīno ꝑfecta iocunditas // Oramꝰ aūt vt adueniat regnū dñi: quo videlicet nobis plena ſit de regni ptāte ſecuritas. // Et āt petimꝰ vt ſanctificetur nomen eiꝰ: oīno ſuꝑ nos in eiꝰ noticiam ꝑgere cōcupiſcimꝰ. Ubi nimirū nobis in nobis ꝟ felix ſecuritas ꝟ ſecura felicitas: in eū qui ſuꝑ nos eſt tota iam ſpūs vehemētia rapiemur. Sanctificetur nomē tuū. Nomen eiꝰ glā eius. Et illa qn̄ nō ſācta: Fieri tamē dicitur ſcā gloria eiꝰ cū in ſcītate glorificatur a nobis: ſicut ⁊ volūtatē eiꝰ que eterna eſt in nobis fieri poſtulamꝰ. Hoc ergo p̄mū fieri petimꝰ qd̄ maximū eſt: vt nobis glorie illiꝰ innoteſcat ſcītas illibata// Exinde qd̄ ad nos ſpectat optamꝰ et regni ptātem propt̄ ſecuritatem: ꝟ voluntatis eiꝰ in nobis ꝑfectionē propter iocūditatem // Sed quia necdū illa perfectione gaudentes. nō ſine magno labore diuine poſſumꝰ obtemꝑare volūtati: opus eſt pane cotidiano// Sepius quoqꝫ oberrantes ab ea. ⁊ delinquētes hoc eſt derelinquētes eā: neceſſario pro indulgentia ſupplicamus dicentes Dimitte nobis debita nrā ⁊c// Et ne forte in eadē recidamꝰ poſt acceptā veniā peccatoꝝ. orandꝰ a nob̄ idē ipſe eſt: ne inducat nos in tēptationem. ſꝫ magis educat nos ꝟ liberet a malo.

Sermo de peregrino ⁊ mortuo quintus.

a Obsecramꝰ vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos: abstinere vos a carnalibus desiderijs. Felices qui se presenti seculo nequā aduenas ⁊ peregrinos exhibent: imaculatos se custodientes ab eo. Neqꝫ enim habemus hic manentem locum: sed futurum inquirimus. Abstineamꝰ nos ergo a carnalibꝰ desiderijs. que militant aduersus aīam: tanq̄ aduene ⁊ peregrini. ¶ Peregrinus siquidem via regia incedit: non declinat ad dexterā neqꝫ ad sinistram. Et si forte iurgantes viderit nō attēdit: si nubentes aut choros ducētes aut aliud qd̄libet facientes. nichilominꝰ transit: quia peregrinꝰ est. et non ꝑtinet ad eū de talibus. Ad patriam suspirat. ad patriam tendit: victum ⁊ vestitū habens. nō vult alijs onerari. Scūs plane qui suū sic agnoscit. sic deplorat incolatū: dicēs dn̄o Quoniā aduena ego sum apud te ⁊ peregrinꝰ: sicut omēs patres mei ¶ Magnū hoc quidem: sed fortasse gradꝰ aliquis altior est. Nam peregrinꝰ etsi non admiscetur ciuibꝰ: aliqn̄ forte delectatur videre que fiunt. aut audire ab alijs. aut ipē narrare que viderit. Hijs et hmōi et si nō penitus remanet vel detinetur. tamen et retardatur: dū minꝰ memor patrie. minori accelerat desiderio. Nam ⁊ tantopē potest in hijs delectari. vt iam non solum remoretur. ⁊ minus cito veniat: sed ⁊ remanēs ex toto. nec tarde q̄dem perueniat. ¶ Quis igitur est magis alienꝰ ab actibꝰ seculi q̄ peregrinus? Profecto quibus dicit apostolus: mortui enim estis. et vita vestra abscondita est cū xp̄o in deo. Peregrinꝰ nimirū potest facile occasione viatica plusq̄ oporteat et detineri querendo: ⁊ p̄grauari portando. Mortuus. si desit ipsa sepultura: non sentit. Hic vituperantes sicut laudantes: sic adulātes audit vt detrahētes: ymo vero nec audit. quia mortuꝰ est Omnino felix mors q̄ sic imaculatū seruat: ymo penitus alienū facit ab hoc seculo. Sed necesse est: vt qui nō viuit in se. viuat xp̄us in illo Hoc est qd̄ dicit apostolꝰ. Viuo autem iam nō ego: viuit vero in me xp̄us. Ac si diceret Ad alia quidē omnia mortuus sum: nō sentio. nō attendo: nō curo. si qua vero sunt xp̄i: hec me viuū inueniūt et paratum Nam si nō aliud possū saltem sentio: placet qd̄ ad eius honorē fieri video: displicet que aliter fiūt. ¶ Magnꝰ omnino gradus est iste: ac fortasse poterit aliquid adhuc superius inueniri. In quo igitur queremꝰ? In q̄ ergo putas: nisi in eo de quo nūc loquebamur q̄ raptus est vsqꝫ ad terciū celum? Quis enim prohibet tercium celū dicere: si quem gradum supra istos poteris inuenire? Audi igitur ipsum de tanta altitudine non in se gloriantē: sꝫ dicentem. Michi autē absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri ihu xp̄i: ꝑ quē michi mūdꝰ crucifixus ē. ⁊ ego mūdo Nō solū inq̄t mortuus sum mūdo. sꝫ et crucifixus: qd̄ est ignominiosum genus mortis: ego illi pariter. ⁊ ipē michi. Omnia que mundꝰ amat crux michi ſunt: delectatio carnis. honores. diuicie. vane hoīm laudes. Que vero mūdꝰ reputat crucē. illis affixꝰ ſū. illis adhereo: illa toto āplector affcū. An nō maior iſte eſt ſecundus. ⁊ pmo gradu? Peregrinꝰ ſi prudēs eſt ⁊ nō oblectatur ſue pegrinationis. licet cū labore ptranſit. ⁊ non magnope ſe curis implicatur: mortuus eque blādicia huiꝰ ſeculi ſicut aſpa ſpernit. Qui vero raptꝰ eſt vſqꝫ ad terciūm celū. crux illi eſt omne cui mūdꝰ inheret: et hijs adheret. q̄ mūdo crux eſſe videtur. Quis in hijs verbis apoſtoli illud quoqꝫ non incongrue poteſt intelligi. crucifixum ei mūdū reputatione: ipſum vero mūdo crucifixum compaſſione. Crucifixū enī videbat mūdū obligationibus viciorum: ⁊ ipſe crucifigebatur ei p compaſſionis affectū ¶ Penſemꝰ ſinguli in quo gradu q̄ſqꝫ ſit poſitus: et ſtudeamꝰ proficere de die in diem: qm̄ de virtute in virtutem videbit̄ deus deoꝝ in ſyon. Maxime vero in hoc ſācto tempe in omni obſecro puritate cōuerſari ſtudeamꝰ: vbi ⁊ certus et breuis dierum numerus poſitus eſt: ne deſperet humana fragilitas. Nam ſi dicatur nobis omni tempe ſolliciti eſtote oīno ad cuſtodiendam puritatem cōuerſatioīs vite: quis nō deſperet? Nūc autem monemur breui dierū numero omnes aliorum tempm negligentias emēdare: vt vel ſic guſtemꝰ dulcedinem perfecte puritatis: ⁊ omi deinceps tpe in ꝯuerſatione nr̄a ſancte huius quadrageſime veſtigia clara reſplendeāt ¶ Conemur igit̄ frēs ſcm̄ hoc tēpꝰ tota deuotiōe ſuſcipe: et nūc magꝭ arma ſpūalia repare. Nūc enī generali quodā totiꝰ orbis exercitu ꝯtra inimicū ſaluatoꝛ ꝯgreditur: beati qui ſub tali duce ſtrēnue militauerint. Toto ſiquidem āno domeſtica regis familia militat. ⁊ aſſidua eſt in belloꝝ procinctu: ſemel āt et certo tempe vniuerſū imperiū generali cōgregatur exercitu. Felices vos qui domeſticā meruiſtꝭ eſſe: quibus dicit aplūs. Iam nō eſtis hoſpites et aduene: ſed eſtis ciues ſcōrum et domeſtici dei. Quid ergo facturi ſūt qui toto āno pugnare ceperunt: q̄n et ipi rudes ⁊ vacātes p̄us ſpūalia arma arripiūt? Vtiqꝫ ſolito ampliꝰ ſollicite opus eſt inſiſtere pugne: vt magna quedā victoria regi noſtro ad glām: nobis ꝯueniat ad ſalutem.

¶ Sermo in natali ſcī bn̄dicti abbatis de eo qđ ſcriptū eſt. Et erit tanq̄ lignū qđ p. eſt. ſ. d. aquaꝝ

COnuenientibꝰ vobis in vnū ad audiendum verbum ſalutis: magnus michi timor frēs mei. ne q̄s forte minꝰ digne illud recipiat. ⁊ non ſicut recipiendū eſt verbū dei. Dico enī terram q̄ ſepiꝰ ſupuenientem in ſe recipit ymbrem. ſi fructum non fecerit reprobam fore. ⁊ proximam maledicto. At ego vtiqꝫ ſi poſſem bn̄dictiones vobis dare mallem: ⁊ nō malediciōes. Primo vero ipām benedictionē celeſtis vtiq; patris nostri non meam: quã cũ ipso quidẽ dignante accipitis per os meũ. opto vobis benedictionem manere semꝑ: nec in maledictionẽ posse mutari //

Celebramus hodie magistri nostri gloriosi benedicti natale: pro eo vobis/ et de eo solempnis ex more sermo debet. Cuius dulcissimũ nomẽ cũ oĩ nobis iocũditate ãplectendũ est ⁊ honorandũ: quoniã ipse dux noster: ipẽ magister ⁊ legifer noster est. Delector quidẽ et ego in ipi9 memoria: licet non sine mea fateor confusione. Nã inquã sine meo rubore. vbi h9 p̃ris nomen audiã memorari. Est enĩ michi de ipi9 imitatione vobiscũ seculi abrenunciatio. et monastice ꝓfessio discipline: ȝ singulariter sine vobis cũ eo participo nomẽ abbis. Abbas fuit: et ego. O abbas et abbas. O nomẽ vnũ: ȝ in altero sola magni nois vmbra. Ministeriũ vnũ: sed heu me q̃ dissimiles ministri: quãto ministratio ipã dissimilis. Ve michi si tã longe fuero a te beate benedicte in futuro: q̃ a tue vestigijs sanctitatis longe reꝑior esse in p̃nti. Sȝ non michi hoc apud vos perorare necesse est. Scio q̃ scientibus me loquar: tantũ peto vt pudorẽ hũc. ⁊ hũc timorẽ meũ fraterna cõpassione leuetis //

Quoniã tamẽ oĩno dispensatio michi credita est. Et si non habeo apud me qđ vobis apponã: querã a btõ bñdicto tres panes q̃b9 vos pascã. Reficiat vos sc̃itas ei9: iusticia ei9: pietas ei9. Recolite dilc̃ssimi: q̃ nõ oẽs qui in processione dñi fuerũt sua illi vestimẽta prostrauerunt. In illa inquã ꝓcessione sumus celebraturi. quando venienti ad passionẽ ⁊ sedenti super asellum populi occurrerunt: non omnes vestimenta sua prosternebant in via: sed cedebant aliqui ramos de arboribus. Non erat hoc magnum: q̃ gratis acceperant gratis dabant. Verũptamen ne ipsi quidem penitus ociosi fuerunt: sed nec a processiõe leguntur expulsi. Fratres mei pium xpꝛsti iumentum. qui cũ propheta dicere potestis. Ut iumentũ factus sum apud te et ego semper tecum: vos quibus insidet xpꝛistus. quoniam anima iusti sedes est sapientie. et apostolus xpꝛstum predicat dei virtutem et dei sapientiam: si vestes non habeo quas pedibus vestris prosternam. tẽptabo vel ramos cedere de arboribus: vt tante processioni vel parum aliquid non desit ministerij mei. //

Arbor est beatus benedictus: arbor grandis atq; fructifera: tanq̃ lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum. Ubi sunt decursus aquarũ? Profecto in vallib9: quia inter mediũ mõtium pertransibunt aque. Quis enim non videat eciã hos torrentes montiũ ardua declinare: et mediũ ad humilitatẽ semꝑ diuertere vallis? Sic profecto sic deus superbis resistit: humilibus autẽ dat graciã. //

Decursus hic fige pedẽ quicũq; es iumẽtũ xp̃i: super hũc ramũ tantũ innitere: semitã vallis incede. Nimium in montem sedem sibi constituit serpens antiquus: mordens vngulas equi· vt cadat aſcenſoꝛ eius retro Propterea vallem magꝭ elige ad ambulandū: vallem elige ad plantandū Neqꝫ enim vel in ſcendis arboꝛibus mōtana ſolemus eligere: ꝙ frequenter arida ſint ⁊ petroſa· In vallibus pinguedo eſt· vbi proficiūt plante: vbi plena ſpica· vbi centeſim9 oritur fructus: iuxta hoc· et valles habundabunt frumento· Audis quia vallis laudatur: vbiqꝫ humilitas p̄dicatur· Ibi plantare· vbi decurſus aquarum· quia ibi copia gracie ſpiritalis: ⁊ aque que ſup celos ſūt laudant nomē domini: id eſt celeſtes benedictiones faciunt vt laudetur· Stem9 in hac cariſſimi· et plantati ſtemus vt nō areſcamus: non moueamur quocūqꝫ flatu: ſicut ſcriptum eſt· Si ſpiritus habentis poteſtatem ſuper te irruerit: locum tuū ne deſeras Nulla enim tēptatio vobis preualebit· ſi non in magnis et mirabilibus ſuper vos ambuletis: ſed permaneatis firmus radicib9 in humilitate radicati atqꝫ fundati ¶ Sic plantatus ſecus decurſus aquarū ſanctus iſte confeſſoꝛ domini: fructum ſuum dedit in tempoꝛe ſuo Sunt enī qui fructum nō faciunt: ſunt qui fructū faciunt· ſed non ſuum: ſunt qui faciunt ſuum· ſed non in tempoꝛe ſuo· Sunt inquam arboꝛes infructuoſe vt quercus et vlm9· ⁊ ſilueſtres arboꝛes alie: ſꝫ huiuſmodi nemo plātat in orto ſuo· quia nō faciunt fructum: et ſi quem faciunt non humano vſui aptus eſt· ſed poꝛcino· Tales ſunt filij huius ſeculi: agentes in ↄmeſſationibus ⁊ ebrietatibus· in cubilib9 ⁊ impudicicijs· Hec nā qꝫ poꝛcoꝛum cibus ſunt· eoꝛū quos iudeus ver9 prohibetur comedere: quibus xpꝛiſtianus nō debet adherere· Dicit enim caro poꝛcina cū comeditur noſtre adheret carni· vt iā ſit vna caro: ſic trāgreſſoꝛ dn̄ici precepti· ſpurcos ſibi ſpiritus ſociat: et adherēdo eis vn9 cū eis efficitur demon· Nā ⁊ idcirco in ſacrificijs prohibet animal illud offerri· qꝛ ſpurcos ſpiritus imūdoꝝ deſignet: qui relicta dn̄i mūdicia ſolis ſibi in ſpurcicijs ↄplacentes viciorū ⁊ criminū ſemp ceno delectātur inuolui Unde et in euāgelio· legio illa maledicta dum eiceretur ab hoīe· tanq̄ ſimile ſibi aīal poꝛcos poſtulat: nec negatur· Hijs fructū ferunt arboꝛes infructuoſe: ad quarū radices ſecuris poſita iā videtur ¶ Arboꝛes autē que fructū faciūt ſꝫ non ſuū ypocrite ſunt cū ſymone cyꝛeno crucē poꝛtātes non ſuā: qui religioſa intētione carētes angariātur: et q̄ nō amāt· amoꝛe glorie quā deſiderant facere compelluntur ¶ Jam in eo ꝙ dicitur tempoꝛe ſuo: arguūtur quidam ante tempus fructificare volentes· Nōne enī et arboꝛib9 noſtris cui9 q̄ oportea t pullulātib9· timerem9 omnino floꝛib9 intēpeſtiuis: Sic ſūt aliqui quoꝛū fruct9 qꝛ nimis ꝓpere: min9 ꝓſpere oꝛiūtur· Hij ſunt q̄ in initio ↄuerſiōis ſue alijs ↄtinuo vel fructificare p̄ſumūt: ↄtra legē decretum arare i p̄mogenito bouis· et oues tondere primogenita feſtinantes ¶ Vultis noſſe q̄ ſollicite id vitauerit ſãcꝰ iſte magiſter veſter? Et hunc ramũ vobis appono: quoniã tribus annis ſoli deo notus. hominibus manſit incognitus: fructũ quidẽ multũ tulit vt ipſi cernitis: ſꝫ in tempore ſuo. Neqꝫ enim credebat tẽpus eſſe fructificandi: quando tanta temptatione carnis grauatꝰ eſt. vt pene cederet. pene diſcederet. Ego enim nec iſtum quidem ramũ preteribo: quoniã ⁊ ſi hirſutꝰ quodãmodo ſpinarũ aculeis quibus ſeipſum domini benedictus iniecit: tamen vtilis eſt omnino. vtilis iumẽto domini propter foueas temptationum: ne in eis incidat cõſentiendo. ſꝫ magis reſiſtat ⁊ viriliť agat: ſuſtineatqꝫ dñm nec deſperet. Hic ergͦ fige pedẽ iumentũ xp̄i. ⁊ diſce qñtũcũqꝫ acerba tẽptatio ſeuiat. nõ credete ꝓpterea derelictũ te eſſe a dño: ſꝫ memineris ſcriptũ: inuoca me in die tribulationis: eruã te ⁊ honorificabis me. Ergo vt dicere ceperã. non credebat beatus benedictus tunc eſſe fructificandi tempus: quãdo adhuc tantis tẽptationibꝰ vrgebať. Sed venit tẽpus: ⁊ in tẽpore ſuo fructũ fecit // De fructu eius ſunt tria illa que ſuperiꝰ tetigi: ſc̄itas eiꝰ. iuſticia eius ⁊ pietas eius. Sanctitatẽ miracula probãt: doctrina pietatẽ: vita iuſticiam. Vides o iumentum xp̄iſti ramos folijs vireſcentes: vernantes floribus. onuſtos fructu? Super iſtos innitere: vt greſſus rectos facias pedibꝰ tuis./ Sed quo tibi eius miracula? nũquid vt facere miracula velis? Nequaq̃ꝫ. ſed vt miraculis eiꝰ imitaris: videlꝫ vt cõficias et gaudeas ꝙ ſub tali paſtore poſitus es: ꝙ patronũ tantũ habere meruiſti. Omnino enim valde potens eſt in celis. qui tam potens extitit in terris: ſcd̃m magnitudinem gratie magnitudine glorie exaltatus. Nam ⁊ iuxta radicum quantitatẽ. rami prodire noſcũtur. ⁊ quot radicibus arbor innititur. tot ramis ſicut aiũt decoratur. Sic ergo licet non habemꝰ noſtra: conſolatio magna nobis eſſe debent patroni noſtri miracula./ Doctrina vero inſtruit nos: ⁊ dirigit greſſus noſtros in viam pacis./ Porro vite iuſticia omnino roborat ⁊ animat nos: vt tãto magis accendamur ad agenda q̃ docuit. quãto certi ſumus cum non alia docuiſſe q̃ꝫ fecerit. Sermo quidem viuus et efficax exemplum operis eſt: plurimum faciens ſuadibile quod dicitur dum monſtrat facibile quod ſuadetur // In hunc ergo modũ ſanctitas ꝯfortat: pietas informat: iuſticia confirmat. Quante enim pietatis fuit ꝙ non ſolum preſentibus profuit: ſed etiam pro futuris ſollicitus fuit? Non ſolum hijs qui tunc erant fructũ tulit hec arbor: ſed vſqꝫ hodie eius fructus creſcit et manet. Dilectus plane a deo ⁊ hominibus. cuius non ſola preſentia in benedictione fuit. ſicut ſunt multi ſoli deo dilecti. quia ſoli deo iam cogniti: ſed et memoria eius etiã nũc in benedictiõe eſt. Nã ⁊ vſꝫ hodie in triplici amoris dñici confeſſionẽ: triplici hoc fructu paſcit domini gregem Paſcit vita: paſcit doctrina: paſcit ⁊ intermiſſione.

Per quam inceſſanter adiuti· fructificate et vos cariſſimi: quoniam in hoc poſiti eſtis vt eatis et fructum afferatis· Vnde eatis? Vtiq; a vobiſip̄is: ſicut ſcriptum eſt· A voluptatibus tuis auertere· Nam et de dño legimus: quia exiit ſeminare ſemen ſuū· Ecce et hic habemus ſemen ſuū: ſicut et prius fructum ſuū Imitemur et hūc fratres: quoniam ad hoc venit vt formā nobis traderet: et viam monſtraret·

Fortaſſis et ip̄e dñs arbor eſt: et debem9 ab eo quoq; ramos accipere· quos veſtris pedibus apponam9· Ymmo non fortaſſe ſed magis vere ipſe eſt arbor ⁊ planta celeſtis: ſed in terris plantata: ſicut ſcriptū eſt· Veritas de terra orta eſt· Ab eo igitur hunc ramū vobis appono: vt ſicut ſeip̄m exinaniuit· hoc ipſum ſentiatis in vobis: niſi ꝙ nō tam ego appono q̄ apoſtolus apud quem legiſtis· Hoc ſentite in vobis qđ ⁊ in xp̄o iheſu: qui cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiens: in ſimilitudine hominū factus· et habitu inuentus vt homo· Et vos cariſſimi exinanite vos· hūiliate vos· ſeminate vos· perdite vos Seminate corpus animale: et reſurget corpus ſpirituale Perdite aīas veſtras: ⁊ in vitam eternam ſeruabitis eas· Vultis noſſe quomodo id fecerit apoſtolus ipſe qui docuit: ſiue inquit mente excedimus deo· ſiue ſobrij ſumus vobis? Quid ergo tibi? Ego inquit factus ſum tanq̄ vas perditum· Bene ſeipſum perdit· qui nichil vnq̄ pro ſe facit: ſed omīs eius intentio· et omne deſideriū tendit ad dei placitum: ⁊ vtilitatem frm̄ ſuorum

Infelix enim qui ſeminat in carne: quia de carne metet corruptionē· Vbi enī ſcriptum eſt· Beati omnes qui ſeminant ſuꝑ omnes aquas· Mirabile quiddā iſtud eſt· Quomodo ſuꝑ oēs aquas? Forte ſuꝑ eas de quibus legitur: et aque que ſuꝑ celos ſūt laudent nomen dñi: que ſunt virtutes angelice et celeſtes populi· Ita plane: quoniā ſpectaculum facti ſumus ⁊ āgelis ⁊ hominib9

Seminemus igitur hominib9 exemplū bonū per apta opera: ſeminemus angelis gaudium magnū per occulta ſuſpiria: et ꝑ cetera huiuſmōi que ſolis eis ſunt nota· Gaudium enim eſt angelis dei: ſuper vno peccatore penitentiam agente· Hinc dicebat apoſtolus· Prouidentes bona non tantum coram deo: ſed etiam corā hominibus· Nam deo omnino noti ſumus· Coram deo dixit: coram eis qui vultui eius aſſiſtunt· Ipſis enim maxime placet: cum nos vident occulte orantes· aut ruminantes pſalmum aliquem· aut tale aliquid facientes· Sic ſeminate et vos: ſic fructificate cariſſimi· Seminate et vos· quia tam multi ante vos ſeminauerunt: fructificate quia vobis ſeminauerunt·

O genus adam q̄ multi ſeminauerunt in te: et q̄ precioſum ſemen: q̄ male peribit ⁊ q̄ merito· ſi perierit in te tantum ſemen: ſimul ⁊ ſeminantium labor· Cui perditioni trade ris ab agricola? si in te perierint hec vniuersa? Seminauit in terra nostra tota trinitas: seminauerūt angeli patrē ⁊ apostoli: seminauerunt martires confessores et virgines ¶ Seminauit deꝰ pater: de corde suo eructuans verbū bonum Dominꝰ enim dedit benignitatē: et terra nostra dedit fructum suum ¶ Seminauit et filius: ipse enim est qui exijt seminare semen suum. Pater enim nō exijt: sed filius a patre processit et venit in mundū: vt qui prius erat cogitatio pacis in corde patris: fieret ipsa pax nostra in vtero matris ¶ Semiauit et spiritus sanctus: quia et ipse venit. et apparuerunt apostolis dispertite lingue tanq̄ ignis. Ita tota trinitas seminauit scilicet pater panē de celo: filiꝰ veritatem: spūs sāctus caritatē ¶ Angeli quoq; seminauerūt: qn̄ cadentibꝰ alijs ipsi steterūt Dixit enī lucifer ille: iam nō lucifer sed tenebrifer ⁊ vesperꝰ: sedebo inq̄t in mōte testamēti: et similis ero altissimo O impudēs. o imprudēs Milia miliū ministrāt ei. ⁊ decies cētena milia assistūt: et tu sedebis? Cherubin ait ꝓpheta stabāt: et nō sedebāt Quid laborasti vt iā sedeas? Omnes amministratorij sunt spiritus propter eos qui hereditatem capiunt salutis: et tu sedebis? Quid seruāsti: vt iā metas? Non est tuum. non est tuum hoc: sed quibus paratū est a patre Quid eis inuides? Profecto enim ipsi sedebunt: ipsi inquam vermiculi terre iudicantes sedebunt: ⁊ tu non modo stabis. sed ⁊ iudicandus astabis. Nescitis ait apostolꝰ / q̄ ⁊ angelos iudicabimꝰ? Ipsi vtiq; q̄ exeuntes ibant ⁊ flebāt mittētes semina sua: veniētes veniēt cū exultatione portātes manipulos suos /

Duo manipuli sunt quos queris: scilicet honoris ⁊ quietis. Sessionem affectas ⁊ altitudinē: sed non sic impie nō sic: nō colliges q̄ nō seminasti. Qui seīnauerūt laborem ⁊ vilitatē: metēt honorem pariter et quietem Pro ꝯfusione eī sua duplici ⁊ rubore: in terra sua duplicia possidebunt Unde dicebat quidam Vide huīlitatē meā ⁊ laborē meū. Hodie audistis ī euāgelio ꝓmittētem dn̄m ⁊ dicentē discipulis: sedebitis sup̱ sedes iudicātes duodecim tribus israel Ecce quies sessionis: ⁊ honor iudicij Nā ⁊ ipse dn̄s ad hec noluit ꝑuenire: nisi ꝑ huīlitatē ⁊ laborem Unde ⁊ morte turpissima condempnatꝰ est: interrogatꝰ tormētis ⁊ opprobijs saturatꝰ: vtiq; vt induat inimicos ꝯfusione: ipse pariter ⁊ oēs qui imitātur eū ⁊ p̄tergrediūtur viam Ipse est o inique. ipse est qui sessurus est in sede maiestatis. similis altissimo: ⁊ coaltissimꝰ ei ¶ Hoc vtiq; cogitauerūt āgeli sācti. qui cadēte maligno apostate illiꝰ nō ꝯsenserūt: nobis relinquentes exemplum. vt quemadmodum ipsi elegerunt ministrare: sic ⁊ nos faciamus. Nam et q̄ laborē fugiūt / ⁊ honorē captāt: illū se nouerīt imitari. q̄ sessionē altitudinemq; quesiuit: ⁊ si nō satis terret eos illius culpa: terreat vel vindicta. Omīa enim in contrariū deuenerūt: vt formatꝰ sit ad illudēdū ei: ⁊ ignis eternꝰ ꝑpatꝰ est illi. Ad hec vitandū prudētiā nobis seminauerunt angeli scī: qui prius eam alijs errantibꝰ tenuerūt //

Sꝫ ⁊ apostoli hanc prām seminauerūt nobis: qn̄ recedētibꝰ hijs qui sapientiā huiꝰ mūdi sequebātur q̄ stulticia est apud deū. et prudentiā carnis que mortem operatur ⁊ inimica est deo: ipsi domis adheserunt. Scādalizati sunt enim illi audientes de sacramento carnis et sanguinis: et vltra non erant cum eo. Discipuli vero interrogati an et ipsi vellent abire: responderunt. Ad quem ibimus: Verba vite eterne habes. Necesse habemus fratres hanc prudētiam imitari: quia multi adhuc cū ihesu ambulāt. donec veniatur ad edendam eiꝰ carnem ⁊ bibendū sanguinem illius: ad communicandū scilicet passionibus eius. Hoc enim et verbum illud et ipsum sacramentum significat. Extunc autem scandalizantur et abeūt retro dicentes: quia durus est hic sermo. Nos aūt apostolis prudentes simus: ⁊ dicamus. Dn̄e ad quē ibimꝰ: Verba vite eterne habes. Nō discedimus a te: ⁊ viuificabis nos. Nō in solo pane viuit homo: sed in omī verbo qḋ procedit de ore dei. Non solum mundꝰ habet delectationē: sed multo maior est in verbis tuis. Vn̄ et ꝓpheta. Q̄ꝫ dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: super mel ori meo. Ad quē igitur eamꝰ: Verba vite eterne habes o domine: et ea sunt super omnia que mundus potest habere. Non solum ipsa vita: sꝫ et promissio vite eterne. et expectatio iustoꝝ leticia est: et tanta leticia. vt omne quod ꝯcupiscitur ei non valeat comparari. Hanc ergo prudentiam nobis apostoli sancti seminauerūt /

Martires vero manifestum est fortitudinem seminasse // Porro vero confessores seminauerūt iusticiam: quam in omni vita sua secuti sunt. Hoc enim interest inter martires et cōfessores: ꝙ et inter petrum simul omnia relinquētem: ⁊ abrahā substantiam mūdi in bonos vsus expēdentem. Hic enim illi ꝯsūmati in breui expleuerunt tempora multa: isti vero et longa et multimoda traxere martiria // Virgines sancte planū est. quia temꝑantiā seminauerunt: que sic libidinem calcauerunt.

Sermo de susāna ⁊ muliere adultera. Et nō legetur in mensa nisi festū ānūciationis fuerit in dn̄ica letare. vel sabbato p̄cedēte.

QUam diues es ī misericordia: q̄ꝫ magnificus in iusticia: ī gracia q̄ꝫ munificꝰ domine deus noster. Nō est qui similis sit tibi munerator copiosissime: munerator equissime: pijssime liberator. Gratis respicis humiles: iuste iudicas innocentes: misericorditer saluas etiam peccatores. Hec sunt dilectissimi que nobis in mensa diuitis huius patriſfamilias ſcārum teſtimonijs ſcripturaꝝ hodie quidem ſi diligenter aduertimꝰ / ſolito copioſius apponūtur. Nimirū hanc copiam nobis preſtāt que pariter cōuenerūt. ſacrum videlicet quadrageſime tempus: et ſacratiſſima dies dominice annūciationis. Hodie enim in annbꝰ noſtris dep̄henſam in adulterio mulierem indulgentia redemptoris abſoluit: hodie innoxium ſuſanne ſanguinem liberauit: hodie quoqꝫ beatam virginem ſingulari munere gratuite benedictionis impleuit. Magnum conuiuiū: vbi pariter nobꝭ miſericordia iuſticia gracia apponuntur. Nunquid non miſericordia eſca hominū? Salutaris omnino et efficax ad medelam. Nūquid non etiam iuſticia / panis cordis? Et quidem optime confirmans illud: vt pote cibus ſolidus ad nutriendum. Deniqꝫ beati qui eſuriunt illum: quoniam ipſi ſaturabuntur. Nunquid non cibus anime gracia dei ſui? Dulciſſimus ſane: ⁊ omnem habens in ſe ſuauitatem et delectamentum ſaporis. Immo vero hec ſibi pariter omnia vendicās nō modo delectat: ſed et reficit et medetur. Accedamꝰ ad menſam hanc fratres mei: et ex ſingulis dapibꝰ vel modicum aliquid deguſtemus //

In lege moyſes mādauit huiuſmodi lapidare aiunt de peccatrice peccatores: de adultera pharizei. Sed ad duriciam lapidei cordis veſtri locutus eſt. Ihesus autem inclinans ſe ⁊c. Domine inclina celos tuos et deſcende. Inclinans ſe et ad miſericordiam flexus. neqꝫ enim iudici cordis erat. Digito ſcribebat. nō iam in lapide ſed in terra. Neqꝫ hͦ tātum ſemel: ſed hic quoqꝫ duplex ſcriptura ſicut apud moyſen tabule due. // Et forte veritatem ⁊ graciam ſcribens et iterum ſcribens terre impreſſiſſe videtur. ſcd̄m quod apoſtolus ait. Lex per moyſen data eſt: gracia et veritas per ihesū xp̄m facta eſt. Conſidera deniqꝫ an videri poſſit de tabula veritatis legiſſe vnde refelleret pharizeos: qui ſine peccato eſt veſtrum primus lapidē in eam mittat. Verbum quidem abbreuiatum: ſed viuū et efficax: et ancipiti gladio penetrabilius. Et grauiter enim ad verbum hoc ſaxea corda tranſfoſſa: q̄ vehementer hoc vno contrite ſunt lapidee frontes: rubor ipſe confuſionis et clandeſtinus probauit abſceſſus. Meruit quidem adultera lapidari: ſed ſi is punire geſtiat qui dignus nō eſt etiam ipſe puniri: is preſumit a peccatrice exigere vlcionem. qui eandem excipere non meretur. Alioquin ipſe ſibi vicinior a ſe incipiat: in ſe prius ſententiam ferat: exerce neqꝫ vindictam. // Ceterum adhuc minus eſt. et ſi accuſatores tefellit hec veritas: ſed etiam nondū abſoluit. Scribat iterum. ſcribat graciam: legat et audiamus. Nemo te condempnauit mulier? Nemo domine. Nec ego te condempnabo: vade et amplius noli peccare. O vox miſericordie: o vox auditus leticie ſalutaris. Auditam fac michi mane miſericordiam tuam:

quia in te ſperaui domine Sola nimirum ſpes· apud te miſerationis obtinet locum: nec oleum miſericordie niſi in vaſe fiducie ponis / ¶ Sed eſt infidelis fiducia· ſolius vtique maledictionis capax: cum videlicet in ſpe peccamus: quamquam nec fiducia illa dicenda ſit: ſed inſenſibilitas quedam et diſſimulatio pernicioſa· Que enim fiducia ei: qui periculum non attendit? Aut quod ibi timoris remedium: vbi nec timor ſentitur· nec materia ipſa timoris? Fiducia ſolacium eſt· Nec eget ille ſolatio. qui letatur cum maleſecerit: et in peſſimis rebus magis exultat // ¶ Rogemus itaque fratres reſpondere nobis quantas habemus iniquitates et peccata: ſcelera noſtra et delicta nobis deſideremus oſtendi Scrutemur vias noſtras et ſtudia noſtra: periculaque vniuerſa peruigili intentione penſemus· Dicat quiſque in pauore ſuo vadam ad portas inferi: vt iam non niſi in ſola dei miſericordia reſpiremus· Hec vera hominis fiducia a ſe deficientis: et innitentis domino deo ſuo Hec inquam vera fiducia cui miſericordia non negatur propheta atteſtante: quoniam beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum: et in eos qui ſperant ſuper miſericordia eius· Nec penuria vtique ſuppetit nobis in nobis quidem timoris: in ipſo autem fiducie cauſa· Suauis et mitis eſt et copioſe miſericordie: preſtabilis ſuper malicia: multus ad ignoſcendum· Credamus ſane vel inimicis: qui in eo nil aliud niſi vnde occaſionem ſtruende calumpnie caperent inuenerunt Compatietur aiunt peccatrici: nec ſibi oblatam patietur vllatenus occidi Tenebitur itaque manifeſtus aduerſarius legis: cum abſoluerit lege dampnatam In veſtrum o phariſei caput tota veſtre malignitatis adinuentio retorquetur· Diffiditis cauſe: qui iudicium ſubterfugitis· Nam illa quidem ſine iniuria legis abſoluitur: que ſic ſine accuſatore relinquitur // ¶ Sed conſideremus fratres: quonam hinc abeant phariſei Videtis ne duos ſenes / nam a ſenioribus exire ceperunt: quomodo in pomerio ioachim abſconduntur? Suſannam querunt vxorem eius: ſequamur eos: nam iniqua cogitatione pleni ſunt contra eam· Conſentire nobis aiunt ſenes· aiunt phariſei· aiunt lupi: qui ab alterius paulo ante licet errantis ouicule fuerant deuoratione fruſtrati: conſentire nobis et commiſcere nobiſcum Inueterati dierum malorum modo accuſabatis adulterium: modo adulterium ſuadetis? Sed hec eſt tota iuſticia veſtra: et que palam arguitis· eadem agitis in occulto· Hinc fuit quod exiſtis vnus poſt vnum: cum ille omnium conſcius occultorum veſtras tam valide percuſſiſſet conſciencias dicens Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in eam lapidem mittat· Merito proinde ad diſcipulos veritas ait Niſi habundauerit iuſticia veſtra pluſquam ſcribarum et phariſeorum: non intrabitis in regnum celorum ¶ Alioquin diceremus aiunt contra te teſtimonium. Semen chanaan ⁊ non iuda: ne hoc quidem moyſes in lege mandauit. An qui decreuit adulteram lapidare: mandauit accuſare pudicam? An qui iuſſit adulteram lapidibus obrui: iuſſit eciam contra inſontem teſtimonium fieri? Ymmo vero ſicut adulterium: ſic eciam falſum teſtimonium non impunitum eſſe precepit. Sed qui gloriamini in lege: per legis preuaricationem deum inhonoratis.

// ¶ Ingemuit ſuſanna et ait. Anguſtie michi ſunt vndiqꝫ. Vndiqꝫ enim mors: hinc quidem corporea inde ſpiritualis. Si hoc inquit egero mors michi eſt: ſi autem non egero. non effugiam manꝰ veſtras. Veſtras o pharizei manus. nec adultera effugit nec pudica: veſtras accuſationes nec ſanctus nec peccator euadit. Diſſimulatis peccata veſtra: vbi inueneritis aliena. Alioquin ſi quis forte ſuum non habet: veſtrum ei impingitis crimen Quid tamen ſuſanna facit. inter mortem anime videlicet ⁊ corporis vndiqꝫ anguſtata? Melius eſt michi inquit abſqꝫ opere incidere in manus hominum: q̃ derelinquere legem dei mei. Nimirum ſciebat iſta: q̃ horrendum ſit incidere in manus dei viuentis. Nam homines quidem occidunt corpus: anime non habent quid vltra faciant. Ille timendus eſt: qui poteſtatem habet et corpus ⁊ animam perdere in gehēnam. Quid familia ioachim tardat? Seruat poſt poſticum: nam in pomerio clamor auditur. Clamor vtiqꝫ luporum grauium: et balantis ouicule inter eos. Sed non patitur ab eis innoxiam deuorari: qui ab ipſis eorum faucibus tam dignanter eripit eciam eripi non merentem. Merito proinde cum duceretur ad mortem cor eius erat fiduciam habens in domino: quem vſqꝫ adeo timuit. vt timorem omnem poſtpoſuiſſet humanum: ⁊ ipſius legem ſimul vite pretuliſſet ⁊ fame. Non enim dictus fuerat aliquando huiuſcemodi ſermo de ſuſanna. Sed et parentes eius iuſti fuerant: et vir eius honoratior omnium iudeorum. Merito ergo a iuſto iudice iuſtam de iniuſtis obtinuit vltionem: que tam vehementer iuſticiam eſuriuit: vt propter eam contempneret mortem corporis. opprobrium generis. et luctum inconſolabilem amicorum. ¶ / Et nos fratres ſi a xpriſto audiuimus nec ego te cōdempnabo. ſi peccare iam nolumꝰ contra ipſum. ſi in ipſo volumus pie viuere: neceſſe eſt vt ſuſtineamus perſecucionem: ne malum pro malo aut maledictum pro maledicto reddamus. Alioquin qui pacientiam non ſeruauerit perdet iuſticiam: hoc eſt vitam perdet: hꝫ eſt perdet animam ſuam. Michi vindictam ⁊ ego retribuam: dicit dominus. Ita eſt prorſus ipſe retribuet. ſed ſi et vindictam ſerues: ſi non tollas ab eo iudicium: ſi non reddas retribuentibus tibi mala. Faciet iudicium. ſed iniuriam pacienti: in equitate iudicabit: ſed pro manſuetis terre. ¶ // Iam vobis ni fallor molestum ē: ꝙ delicie tardant. Nec miremini: delicie sunt. Non onerabūt qualibet saciatos: ne a ructantibꝰ quidem poterūt fastidiri. // Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth. Miraris ꝙ nazareth parua ciuitas. et tanti regis nūcio illustretur et tanto? Sed magnus latet in hac parua ciuitate thezaurus: latet inquam. sed homines latet ⁊ non deum. An non thezaurus dei maria? Vbicūꝫ illa est et cor eius: oculi eius super eam: vbiꝫ respicit humilitatem ancille sue. Nouit celum vnigenitus dei patris. Si celum nouit: et nazareth. Quid ni sciat patriam suā? Quid ni nouerit hereditatem suam? Celum ex patre: nazareth ex matre vēdicat sibi. Siquidem ipse se et filium dauid et dominum esse testatur Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominū. Cedat ergo ei vtrūꝫ necesse est in possessionē fratres: qui non modo dominus. ſꝫ etiam filius hominis est. Audi eciam quomodo terram sibi tanꝗ̄ filius hominis vendicat: sed et cōmunicat tanꝗ̄ sponsus. Flores inquit apparuerunt in terra nostra. Neꝗ hinc discrepat: ꝙ nazareth interp̄tatur flos. Amat florigeram patriam flos de radice yesse: ⁊ libenter inter lilia pascatur flos campi ⁊ lilium conuallium Commendat enim flore s pulchritudo suaue olentia / spes fructus: gracia triplex. Te q̄ꝫ florem reputat deus. et bene ei ꝯplacet in te: si tibi nec honeste ꝯuersationis decor. nec bone opinioīs fragrantia. nec intentio desit future retributionis. Fructus enim spiritus est vita eterna // Ne timeas maria: inuenisti enim graciam apud deum. Quantam graciam? Graciā plenā: graciam singularē. Singularē an generalem? Vtrūꝫ sine dubio quia plenam: et eo singularē quo generalem. Ipsam enī generalem singulariter accepisti. Eo īquā singularē. quo generalē: nam sola omnibꝰ graciam inuenisti. Singularem eo ꝙ sola hanc inueneris plenitudinem: generalem ꝙ de ipsa plenitudine accipiant vniuersi. // Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructꝰ ventris tui. Singulariter quidem fructus est ventris tui: sed ad omnium quidem mentes te mediante peruenit Sic nimirum olim ros totus in vellere totus in area: sed in nulla parte aree sicut in vellere totus fuit In te sola / rex ille diues et prediues exinanitur. excelsus humiliatur: ⁊ immensus abbreuiatur. et ab angelis minoratur: verus deniꝫ deus ⁊ dei filius incarnatur Sꝫ quo fructu? Nempe vt omnes eius paupertate locupletemur: eius humilitate subleuemur: eius minoratione magnificemur: eius incarnatione adherentes deo / incipiamus vnus esse spiritus cum eo //

Sed quid dicimꝰ fratres: cui nam potissimū vasi gracia infūdetur? Si vt supra meminimꝰ capax ē quidē mīe fiducia. paciencia vero iusticie: quale iam poterimꝰ ydoneū gracie receptaculum exhibere? Balsamum est purissimum: et solidissimum vas requirit. Et quid tam purum. quid ve tam solidum? q̄ʒ humilitas cordis? Merito proinde humilibus datur gracia: merito respexit deus humilitatē ancille sue. Quonā merito queris? Eo vtiqꝫ ꝙ animū humilē meritū nō occupabit humanū: quominus libere influeret diuine gracie plenitudo.

¶ Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gradibus ascendendū. Primo enim cor hominis quem adhuc peccare delectat. nec miseram consuetudinē proposito meliore mutauit: ne sit gracie capax / proprijs vicijs prepeditur. Secundo quoqꝫ vbi iam corrigere mores et priores nequicias de cetero non iterare proponit: ipsa tamen peccata preterita licet iam amputata quodāmō videantur. dū in eo manent. graciā non admittunt. Manent autē donec confessione lauentur: donec succedentibꝰ dignis fructibus penitentie de medio fiant

¶ Sꝫ ve tibi. si forte vicijs ꝛ peccatis ꝑiculosior successerit ingratitudo. Quid enī tā euidēter gracie aduersatur? Tepescimus processu tēporis a feruore conuersationis nostre: paulatim refrigescit caritas. habūdat iniquitas: vt consūmemur in carne qui spiritu ceperamus. Inde est ꝙ minus iam sciamus que a deo donata sunt nobis: indeuoti pariter ꝛ ingrati. Timorē dn̄i derelinquimus: religiosā omittimꝰ sollicitudinē: verbosi. curiosi. faceti. etiam detractores ꝛ murmuratores: vacātes nugis. fugitantes laboris ꝛ discipline quotiens sine nota id licet: quasi vero confessi sit etiā sine noxa. Quid ergo tantis repulsā obstaculis graciam nobis deesse miramur?

¶ Iam vero si quis iuxta apostolum verbo xp̄isti verbo gracie inhabitat: si q̄s gratus est. si quis deuotus. si quis sollicitus. si quis spū feruens: caueat sibi ne suis fidat meritis. ne suis operibus innitatur: alioq̄n ne huiusmodi quidem animū intrat gracia. Minimū plenꝰ est: nec in eo inuenit iam gracia locū sibi. Considerastis phariseū illum orantem: non erat raptor. non iniustus. non adulter. An sine fructibus penitentie erat? Ieiunabat bis in sabbato: decimas dabat omniū que possidebat Sꝫ ingratū forsitā suspicamini Audite q̄d dicat. Deus grās ago tibi. Sꝫ non erat vacuꝰ. non exinanitꝰ. nō erat humilis ſꝫ elatꝰ Nō q̄d sibi deesset scire studuit: ſꝫ aggregauit meritū suū: nec erat illa solida plenitudo sed tumor. Vacuꝰ ꝓinde redijt: qui plenitudinē simulauit. Nā publicanꝰ ille q̄ exinanire seipsū. qui vacuū vas exhibere curauit: graciā retulit ampliorē

¶ Nos ergo fratres si graciā cupimus inuenire. sic de cetero abstineamus a vicijs: vt de preteritis quoqꝫ peccatis digne peniteamus. Nichilominus quoqꝫ solliciti simꝰ: ꝛ deuotos nos deo. ꝛ vere humiles exhibere Huiꝰce mōi nēpe aīas gratāter respicit pio illo respectu: de q̄ sapiens ait Qm̄ grā ꝛ mia dei est in sc̄os eius: ꝛ respectꝰ in electos illiꝰ Et forte ꝓpterea quat͛ reuocat aīam quā reſpiat dicens ⁊ reuertere reuertere ſunamitis · reuertere reuertere vt intueamur te: quo videlicet nec in peccandi ꝯſuetudine · nec in ꝯſciētia peccatū · ſꝫ neq; in torpore ⁊ tepore īgratitudinis aut elationis cecitate perſiſtat · A quo nos quadripertito piculo reuocare ⁊ eripe dignetur fac̄ ē nob̄ a deo prē ſapientia ⁊ iuſticia ⁊ ſcificatio ⁊ redēptio: ihs xp̄s dn̄s noſt̄ Amē · ¶

Sermo in annūciatione dn̄ica de illo v̄ſu pſalmi · Vt ihabitet glā ī terra noſtra: miſericordia et veritas obuiauerūt ſibi · ⁊c̄

Ut inhitet glā in terra noſtra: mīa ⁊ veritas obuiauerūt ſibi: iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt · Glā noſtra hec ē vt ait aplūs: teſtimoniū conſcientie noſtre · Non quidē tale teſtimoniū quale ſuperbꝰ ille phariſeꝰ habebat: ſeducta ⁊ ſeductrice cogitatione teſtimoniū ꝓhibēs de ſeipſo: ⁊ teſtimoniū eiꝰ verū non erat: ſed cū ſpiritꝰ ipſe teſtimoniū ꝓhibet ſpiritui noſtro · ¶ Porro hoc teſtimoniū in tribꝰ ꝯſiſtere credo · Neceſſe eſt enim p̄mo oīm credere ꝙ remiſſionem peccatorū habere non poſſis · niſi ꝑ indulgentiā dei · Deniq; ꝙ nichil prorſus habere queas boni operis: niſi et hoc dederit ipſe · Poſtremo ꝙ vitam eternā nullis potes operibꝰ ꝓmereri: niſi gratis tibi det̄ et illa · ¶ Quis enim poteſt facere mūdum de imundo conceptum ſemine: niſi qui ſolus eſt mundꝰ? Utiq; quod factum eſt non poteſt non fieri: ipſo tamen non imputante erit quaſi non fuerit · Quod propheta quoq; conſiderans ait · Beatus vir cui non imputauit dominꝰ peccatū · ¶ De operibꝰ quoq; bonis certū omnino eſt: ꝙ nemo ea habeat a ſe ipſo · Nam ſi ſtare nō potuit humana natura adhuc integra: quanto minꝰ poterit ꝑ ſeipſam reſurgere iā corrupta? Certū eſt ad ſuā originē vniuerſa quātū in eis eſt tendere: et in eam procliuiorē ſemper eſſe ꝑtem · Vnde et nos qꝛ de nichilo creati ſumus: conſtat quia ſi nobiſipſis relinq̄mur · in peccatū ſemper quod nichil eſt declinamꝰ · ¶ Iam vero de vita eterna ſcimus · quia non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriā: nec ſi vnus omnes ſuſtineat · Neq; enim talia ſunt hoīm merita · vt ꝓpt̄ ea vita eterna debeat̄ ex iure: aut deꝰ iniuriam aliquā faceret niſi eam donaret · Nā vt taceā qꝛ merita oīa dei ſunt dona: ⁊ ita hō magis ꝓpter ipā deo debitor eſt · ꝙ̄ deꝰ hōi: quid ſunt merita oīa ad tātā glām? Deniq; quis melior eſt ꝓpheta · cui dominꝰ ipſe tam inſigne teſtimonium perhibet dicens: virum inueni ſcd̄m cor meum? Verumptamē et ipſe habuit neceſſe dicere deo: non intres ī iudicium cum ſeruo tuo domine · Nemo itaq; ſe ſeducat: quia ſi bene cogitare voluerit: inueniet procul dubio · ꝙ nec cum decem milibus poſſit occurrere ei · qui cum viginti milibus venit ad ſe · ¶ Verum hec q̄ nunc diximus oīno nō ſufficiunt: ſed magis initium quoddā et velut fundamentum fidei sunt habenda ¶ Itaqꝫ ſi credis pc̄cā tua nō poſſe deleri niſi ab eo cui ſoli peccaſti. ⁊ ī quē pc̄cm̄ nō cadit. bn̄facis: ſȝ adde adhuc vt hoc credas qȝ ꝑ ipſū tibi peccata donātur Hoc eſt teſtimōniū qđ perhibet in corde nrō ſpūs ſcūs dicēs: dimiſſa ſunt tibi pc̄cā tua Sic ēi arbitraṫ aplūs: iuſtificari hominē gratis ꝑ fidē ¶ Ita de meritis quoqꝫ ſi credis nō poſſe haberi niſi ꝑ ipſū: nō ſufficit donec tibi ꝑhibeat teſtimoniū ſpūs veritatis. ꝙ ea habes ꝑ illū Sic et de vita eterna habeas neceſſe eſt teſtimōniū ſpūs: ꝙ ad eam ſis diuino munere ꝑuenturus Ipſe enī pc̄cā cōdonat: ipſe donat merita: et p̄mia nichilominꝰ ipſe redonat Porro iſta teſtimonia credibilia facta ſūt nimis Nam de remiſſione quidē pc̄cōꝝ validiſſimū teneo argumētū dn̄icam paſſionē Vox ſiquidem ſāguinis eiꝰ īualuit multo plus q̄ vox ſanguinis abel: clamās in cordibꝰ electoꝝ remiſſionem oīm pc̄cōꝝ Traditus enim ē ꝓpter pc̄cā nrā: nec dubiū q̄n potētior et efficacior ſit mors illiꝰ in bonū: q̄ pc̄cā noſtra in malū De bonis aūt operibꝰ argumētū nichilominꝰ michi efficax eſt reſurrectio eius: quia reſurrexit ꝓpter iuſtificationem nrām Porro de ſpe p̄mioꝝ teſtimoniū eſt eiꝰ aſcenſio: qȝ aſcēdit propter glorificationem noſtrā Hec tria in pſalmis habes/dicente propheta Beatꝰ vir cui non īputauit dn̄s peccatum Et alibi Beatꝰ vir cuius eſt auxilium abs te. Item alibi Beatus quem elegiſti ⁊ aſſūpſiſti: habitabit ī atrijs tuis ¶ Hec eſt glā vera glā inhabitans: qȝ ab eo ē qui ꝑ fidem habitat ī cordibꝰ nr̄is Filij vero adam glām q̄ ab inuicē eſt querētes. glām que a ſolo deo eſt nō volebāt: ⁊ ſic glām exterius fluentē ſectātes. habebāt glām non in ſeipſis ſed magis in alijs ¶ Vis noſſe vn̄ homini ſit inhabitās gloria: Dico breuiṫ: qm̄ ad myſtica feſtinat intentio Nā ⁊ ea ſola ꝓpoſueram in verbis illis ꝓpheticis diligentiꝰ veſtigare: ſed reflexit ad moralia. occurrēs p̄ma fronte apoſtolicus ſermo de interna gloria ⁊ teſtimonio conſcientie. Hic ergo inhabitat hic gloria. etiam hic in terra noſtra: ſi miſericordia ⁊ veritas obuiauerint ſibi: ⁊ ſeſe iuſticia ⁊ pax oſculentur Preuenienti ſibi ſiquidē miſericordie. vt veritas confeſſioīs noſtre occurrat neceſſe eſt: ac de cetero ſanctimoniam ſectemur ⁊ pacem. ſine qua nemo deum videbit Vbi enim ꝯpungitur quis iam tūc eum miſericordia preuenit: ſed nequaq̄ ingredietur: donec ei veritas confeſſionis occurrat Peccaui domino ait ipſe dauid ad nathan ꝓphetam. cum de adulterio ⁊ homicidio argueretur: ⁊ dominus tranſtulit peccatum tuum a te ait propheta. Nimirum miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi. Et hoc quidem vt declines a malo. ¶ Iam vero vt facias bonum in tympano tibi ⁊ choro pſallendū eſt: vt ipſa mortificatio carnis tue ⁊ penitētie fructus. ac iuſticie opera in vnitate et concordia fiant: quoniam vnitas

ſpiritus vinculum eſt perfectionis·
Neqꝫ ad dextrã neqꝫ ad ſiniſtram
declinaueris Sunt enim quorum
dextera eſt dextera iniq̈tatis Phari
ſeus ille cuius ſupra meminimus
non erat ſicut ceteri hominũ: et ipſe
ſibi vt diximus teſtimoniũ ꝑhibu
it: ſed non verum· Sane quiſqꝫ il
le eſt in quo miſericordia et veri
tas obuiauerũt ſibi· iuſticia ⁊ pax
oſculate ſunt· ſecure glorietur: ſed
glorietur in eo qui ſibi teſtimoniũ
perhibet in ſpiritu vtiqꝫ veritatis·
Vt inhabitet gloria ĩ terra noſtra·
miſericordia ⁊ veritas obuiauerũt
ſibi: iuſticia et pax oſculate ſunt·
Si gloria patris filius ſapiens·
cum ſit ſapientia ipſa ſapientior ne
mo: liquet profecto gloriam patris
xpiſtum dei virtutem ⁊ dei ſapien
tiam eſſe Quia ergo multipharie
multiſqꝫ modis de eo predictum
fuerat in prophetis· ꝙ in terris
videndus foret· et inter homines
conuerſaturus: quonammodo id
factum ſit· ⁊ impletis que de eo ꝑ
os omnium prophetarum dicta fu
erant habitauerit gloria in terra
noſtra: pſalmiſta indicat ĩ hijs ver
bis· Ac ſi manifeſtius dicat· Vt
verbum caro fieret et habitaret in
nobis: miſericordia et veritas ob
uiauerunt ſibi iuſticia et pax oſcula
te ſunt· Magnum ſacramentum
fratres et diligentius ꝑſcrutandũ:
niſi et ĩtellect⁹ miſterio· et ipſi quo
qꝫ intellectui verba deeſſent· //
Dico tamẽ vtcũqꝫ modicum id qđ
ſentio: ſi forte vel occaſionem dediſ
ſe videor ſapienti Videre michi vi
deor dilectiſſimi· quatuor hijs vir
tutibus amictum hominẽ p̄mũ ab
ipſo ſue creationis exordio: et vt ꝓ
pheta meminit veſtimento ſalutis
indutum Eſt enim in hijs quatuor
ſalutis integritas: nec ſine hijs oĩ
bus poteſt cõſtare ſalus: preſertim
cum nec poſſint eſſe virtutes· ſi ab
inuicem ſeparentur Acceperat igit̃
homo miſericordiam cuſtodem ſali
cet atqꝫ pediſſequam: vt ipſa ꝑue
niret· ipſa et ſequeretur eum: ipſa
quoqꝫ protegeret et conſeruaret v
biqꝫ Vides qualem nutricium con
tulit ꝑuulo ſuo deus: qualẽ dedit
pediſſequam homini recens ceto:
Sed erat illi neceſſarius etiam eru
ditor tanq̃ ingenue et rationali cre
ature: vt nõ ſicut iumentum aliqđ
cuſtodiretur: ſed tanq̃ paruul⁹ edu
caret· Cui ſane magiſterio nemo
poterat aptior inueniri· q̃ ipſa veri
tas: que eum in agnitionem ſũme
perduceret aliquando veritat̃ Inte
rim vero ne ſapiens inueniretur vt
faceret malũ: eſſetqꝫ peccatum ei
tanq̃ ſcienti bonum et facienti mi
nime: iuſticiam quoqꝫ qua regeret̃
accepit· Adhuc autem et pacẽ qua
foueretur et delectaretur: addidit
manus benigniſſima creatoris Pa
cem vtiqꝫ duplicem: vt nec intus
pugne· nec foris timores: id ẽ nec
caro concupiſceret aduerſus ſpiri
tũ: nec eſſꝫ ei creatura vlla formidi
ni Nã et beſtijs omnibus libere im
poſuit nomina: et ſerpens ipſe qđ
violentia non preſumpſit· fraude
magis eum aggreſſus eſt· Quid
huc deerat quem mia cuſtodiebat

docebat veritas: regebat iusticia. pax fouebat: ¶ Sed heu homo iste ad multam ꝑniciem ⁊ insipientiam sibi descendit de iherusalem in iherico. Siquidem incidit in latrones: a quibus et ante omnia legitur despoliatus. An non despoliatus: qui domino veniente nudum se esse conqueritur: Nec vero poterat reuestiri vel ablata sibi recipere vestimenta: nisi sua xp̄s amitteret. Sicut enī viuificari in aīa nisi itē veniēte corporali morte xp̄i nō potuit: ita nec reuestiri sine ei⁹ despoliatione. Et vide si nō ꝓpter has ꝑtes q̄tuor vestimēti q̄d amiserat p̄m⁹ et vetus hō: in tātē quoqꝫ diuisa sūt scd̄i ⁊ noui hominis vestimēta. An forte queris ⁊ tunicā incōsutilem q̄ nō diuiditur: sꝫ forte ꝓuenit: Ego diuinā arbitror ymaginem: que nimirum non assuta sed insita: atqꝫ ipsi impressa nature diuidi scindiqꝫ nō potest. Ad ymaginem nēpe ⁊ similitudinem dei factus est homo: in ymagine arbitrij libertatem. v̄tutem habens in similitudine. Et similitudo quidem periit: verūptamen in ymagine pertrāsit homo. Ymago siquidem in gehēna ipsa vri poterit non exuri: ardere sed non deleri. Hec ergo non scinditur. sed forte prouenit: ꝟ quocūqꝫ prouenit anima ibi erit simul et ipsa. Nam similitudo non sic: sed aut manet in bono: aut si peccauerit anima: mutatur miserabiliter iumētis insipientibus similata ¶ Sed quia spoliatum virtutibus quatuor hominē diximus: quoniāmō singulis sit spoliatus congruū est vt dicam⁹

Perdidit homo iusticiam: cum eua serpentis/adam mulieris voci obediuit potius q̄ diuine. Erat tamen residuū aliquod. q̄d apprehendere possent. idqꝫ dn̄s suo illo scrutinio inuebat: sed abiecerunt etiam illud. conuersi in verba malicie ad excusādas excusationes in peccatis. Prior enī iusticie porcio non peccare: secunda per penitētiam peccatum dampnare ¶ Perdidit ꝟ miam: cum sic exarsit eua in ꝯcupiscentia sua. vt nec sibi. nec viro. nec filijs parceret nascituris: simul omnes terribili maledicto et necessitati mortis addicens. Adā quoqꝫ indignationi diuine mulierem pro qua peccauerat obiecit: quasi post tergum eius volens declinare sagittam ¶ Vidit enim mulier lignum q̄ esset pulchrum visu. et ad vescendum suaue: et a serpente audierat. tanq̄ deos sese futuros. Funiculus triplex difficile rumpitur: curiositatis. voluptatis. et vanitatis. Hec sola mundus habet: concupiscentiam carnis. concupiscentiam oculorum et superbiam vite. Hijs abstracta et illecta misericordiam oēm crudelis mater abiecit. Sic et adam qui mulieri male misertus est vt cū ea peccaret: bene noluit misereri aut penam sustinere pro ea. Priuata est etiam mulier veritate: primo quidem male detorquens quod audierat morte moriemini. et dicens ne forte moriamur: demum serpenti credens penitus abneganti et dicenti. nequaq̄ moriemini. Priuatus est ꝟ adam veritate: vbi eam erubuit confiteri: volatilia excusa donū opimenta pretendens. Siquidem ipsa dicit Qui erubuerit me coram hominibus: erubescam ⁊ ego cum coram patre meo. ¶ Pacē quoq; protinus amiserunt: quia nō est pax impijs dicit dominꝰ. Nōne enim contrariam legem inuenerant in mēbris suis? quos denuo pudor ceperat nuditatis? Timui inquit eo ꝙ nudus essem. Non sic miser non sic paulo ante timebas? nō querebas folia: licet corpore nudꝰ sicut ⁊ modo. ¶ Ex hoc sane vt ꝓphete ipsius parabolam prosequamur. qui sibi obuiasse eas et reconciliatas ī osculo memorauit: grauis quedam inter virtutes videtur orta contentio. Siquidem veritas et iusticia miserum affligebant: pax ⁊ misericordia zeli huius expertes iudicabant magis esse parcendum. Sūt enim collectanee hee due sibi: quē admodum et priores. Unde et factum est vt ꝑseuerantibus illis in vltione. ⁊ preuaricatorem hinc inde cedentibus. ⁊ presentes molestias futuri cumulantibus cōminatione supplicij: ille secederent in cor patris. redeūtes ad dn̄m qui dedit illas. Solus siquidem ipē cogitabat cogitationes pacis: cum afflictionis omnia plena viderentur. Siquidem nō cessabat pax. non eciam misericordia dabat silenciū: sed pio quodam susurrio paterna pulsantes viscera loquebantur. Nūquid in eternū proiciet deus? aut non apponet vt cōplacitior sit adhuc? Nūquid obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Et q̄uis diu multūq; visus sit dissimulare pater miserationū. vt interim satisfaceret zelo iusticie et veritatis? non tamen infructuosa fuit supplicantium importunitas: sed exaudita in tempore oportuno. ¶ Forte enim interpellantibus tale dicitur dedisse responsum. Usq; quo preces vestre? Debitor sum et sororibus vestris: quas accinctas videtis ad faciendam vindictam in nationibꝰ iusticie et veritati. Uocentur veniāt: et sup hoc verbo pariter conferamꝰ. Festinant ergo legati celestes: et vt videre miseram hoīm ⁊ crudelem plagam ꝓpheta loquatur. angeli pacis amarē flebant Qui enī fidelius que ad pacem sunt querant? ꝙ angeli pacis? ¶ Sane ex deliberatione cōmuni ascendit veritas ad ꝯstitutū diem? ſ; ascendit vſ; ad nubes: necdū plane lucida. sed subobscura ⁊ obnubilata adhuc zelo indignationis. Factūq; est vt legimꝰ ī ꝓpheta? Dn̄e in celo mīa tua: ⁊ veritas tua vſ; ad nubes. Mediꝰ autē pater luminū residebat: et vtraq; ꝓ parte sua qd̄ habebat vtiliꝰ loquebatur. Quis putas illi colloq̄o meruit iterēe? et indicabit nobis? Quis audiuit ⁊ enarrabit? Forte īenarrabilia sūt: ⁊ nō licet hoī loq̄. ¶ Summa tn̄ ꝯtrouersie totiꝰ hec fuisse videt̄ Eget miseratioē creatura rationalis ait mīa: qm̄ misera facta est ⁊ miserabilis valde. Uenit tempꝰ miserendi eius: quia iā tempꝰ ꝑterijt Econtra veritas oportet inquit impleri sermonē quem locutus es dn̄e? totꝰ adā moriat̄ necesse est cū omnibus qui in eo erant quo die vetitum pomū in preuaricatiōe guſtauit. Ut quid ergo ait miſericordia? vt quid me genuiſti pater citius perituram? Dicit enim veritas ipſa: quoniam miſericordia tua periit. ⁊ nulla eſt ſi non aliquando miſereris. Similiter autem et illa cōtrario loquebatur. Quis enim neſciat ꝙ ſi predictā ſibi preuaricator ſententiam mortis euaſerit: periit nec ꝑmanebit iam in eternum veritas tua domine? ¶ Ecce vero vnꝰ de cherubin ad regem ſalomonem ſuggerit eſſe mittendas: quoniam filio inquit datum eſt omne iudiciū. Et in eius ergo conſpectu miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi: eadem que ſupra meminimus verba querimonie repetentes. Fateor ait veritas zelū bonū habet miſericordia: ſed vtinam ſcdm ſcientiā. Nūc autem quid? Preuaricatori potius ꝙ̄ ſorori iudicat eſſe parcendum At tu inq̄t miſericordia neutri parcis: ſʒ tāta indignatione ſeuis in preuaricatorem: vt inuoluas pariter et ſororem Quid male merui? Si q̄d habes aduerſum me dicito michi. Sin autem: quid me perſequeris? ¶ Grandis cōtrouerſia fratres: et intricata nimium diſceptatio. Quis non illic diceret: bonum nobis erat. ſi natus nō fuiſſet homo iſte? Sic erat dilectiſſimi omnino ſic erat: non videbatur quomodo ſimul conſeruari poſſent miſericordia et veritas. Cumqꝫ addiceret veritas in ipm̄ quoqꝫ iudicem ꝑtis ſue merita retorquere dicēs. cauendum oīno ne fieret irritū verbū patris. ne ſermo diuꝰ ⁊ efficax qualibet occaſione euacuaretur: queſo ait pax. p̄cite verbis huiuſmodi: nō vos talis altricatio decet: Virtutū eſt inhoneſta contētio. ¶ Porro iudex inclinās ſe digito ſcribebat in terra Erant aūt verba ſcripture que pax ipā legit in auribus omniū: ea ſiquidē ꝓpius aſſidebat Hec dicit periī. ſi adam non moriatur: ⁊ hec dicit periī. niſi mīam conſequatur. Fiat mors bona: et habet vtraqꝫ q̄d petit. Obſtupuere omēs in verbis ſapientie. et forma cōpoſitionis pariter et iudicii. Siquidē manifeſtum fuit nullā eis querimonie occaſionē relinqui: ſiquidem fieri poſſet q̄d vtraqꝫ petebat: vt et homo moreretur. et conſequeretur mīam ¶ Sed id quomodo fiet inquiunt. Mors crudeliſſima et amariſſima. mors terribilis et ipſo horrenda auditu: bona fieri quanam poterit ratione? At ille. Mors inquit peccatorum peſſima: ſed precioſa poteſt fieri mors ſanctorum. An non erit precioſa: ſi fuerit ianua vite porta glorie? Precioſa inquiunt. Sed quomodo fiet iſtud? Fieri ait poteſt: ſi ex caritate moriatur quis: vtiqꝫ qui nichil debeat morti Neqꝫ enim detinere poterit mors īnoxium: ſed forabitur vt ſcriptum eſt maxilla leuiathan. et deſtruetur paries medius: ſolueturqꝫ chaos magnum quod int̄ mortem vitamqꝫ firmatum eſt. Nimirum caritas fortis vt mors. ymmo fortior morte: ſi fortis illius intrauerit atrium alligabit eum. et diripiet vtiqꝫ vaſa eiꝰ: ſed et ipſo tranſitu ſuo ponet vtiqȝ deſa eius: ſed et ipſo tranſitu ſuo ponet profundū maris viā: vt trāſeant liberati // Bonꝰ viſus eſt ſermo: vtpote fidelis et dignꝰ ōni acceptiōe. Sȝ vbi ille poterit innocens inueniri: qui mori velit non ex debito. nō ex malo merito. ſȝ ex beneplacito ſuo? Circuit veritas orbē terre: et nemo mūdus a ſorde. nec infās cuius eſt vnius diei vita ſup terrā. Sȝ et mia ōne celū pluſtrat: et in āgelis quoqȝ/ ne dixerī prauitatem. minorē inuenit caritatē. Nimirū alij hec victoria debebat. quo maiorē neō habēt caritatē: vt aiaȝ ſuā poneret ꝑ ſuis inutilibꝰ ⁊ indignis. Nā et ſi ipſe iā nō dicit nos ſeruos: hoc ipſū imenſe dilectionis eſt. et eximie dignatiōis. Nos aūt et ſi oīa que pcepta ſunt nobis fecerimus: qd aliud dicere deberemꝰ. niſi quia ſerui inutiles ſumꝰ? Sed quis eū ſup hoc conuenire pſumeret? //

Redeūt ad cōſtitutā diem. veritas et miſericordia. anxie plurimū non inueto qd deſiderabant. Tūc vero ſeceſſū pax cōſolans eas Vos inquit neſcitis quicq̄ nec cogitatis: nō eſt qui faciat bonū hoc: non eſt vſȝ ad vnū. Qui cōſiliū dedit: ferat auxilium. Intellexit rex quid loqretur et ait Penitet me feciſſe hominē. Pena inqt me tenet: michi incūbit penam ſuſtinere: penitētiā agere pro hoīe quem creaui Tūc ergo dixit Ecce venio. Nō enim poteſt hic calix trāſire: niſi bibam illum // Et accerſito ꝓtinꝰ gabriele: vade inqt dic filie ſyon. ecce rex tuus. Feſtinauit ille ⁊ ait Adorna thalamum tuum ſyon: et ſuſcipe regē xp̄m. Porro venturū regē miſericordia ⁊ veritas preuenerūt: ſicut ſcriptum eſt. Miſericordia ⁊ veritas pcedent faciem tuam. Iuſticia thronū preparabit: ſcdm illud Iuſticia et iudicium preparatio ſedis tue. Pax cū rege venit: vt ꝓpheta fidelis inueniretur qui dixerat Pax erit in terra noſtra cū venerit. Inde eſt q̄ nato dn̄o angelorū chorus canebat: pax i terra hominibꝰ bone volūtatis. Sed et tūc iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt: que non modice videbātur hactenꝰ diſſidere. Prior eni ſi qua erat ex lege iuſticia. nō oſculum ſȝ aculeū magis habebat: vrgens magis timore q̄ prouocans dilectione Sed nec habuit illa recōciliationē: ſicut habet nūc que ex fide noſcitur eſſe iuſticia Alioquin quid erat. q̄ nec abrahā nec moyſes. nec ceteri iuſti tēporis illius i obitu ſuo pacem illā beatitudinis eterne apphendere. aut regnū pacis poterāt introire: niſi q̄ nimirū adhuc iuſticia et pax ſeſe non fuerāt oſculate? Ex hoc ſane dilectiſſimi. feruētiore nobis zelo ſectanda iuſticia eſt Siquidē iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. et indiſſolubile amiciciarum inire fedus: vt quicūqȝ teſtimonium iuſticie ſecū tulerit: hilari vultu iam et amplexibus letis excipiatur a pace. in idipſū dormiens ⁊ requieſcens.

// Sermo ſcd's de ſeptiformi ſpiritu in xp̄o iheſu in annūciatione dominica

Conſiderate eſt fratres in ſolēpnitate hodierna dominice annūciationis velut ameniſſimā quandam planiciē: ſimplicē noſtre reparationis hyſtoriā. Iniūgitur noua legatio angelo gabrieli: et nouā virgo profeſſa virtutē noue ſalutationis honorat obſequio. Antiqua excluditur maledictio mulierū: nouā noua mater accipit benedictionem Impletur per graciā que concupiſcētiā neſcit: vt ſpiritu ſuperueniēte altiſſimo pariat filiū: q̄ virū dedignat admittere. Intrat ad nos eadē porta ſalutis andidotū: qua venenū ſerpentis ĩgrediens vniuerſitatē generis occuparat humani Innumeros huiuſcemōi flores ex hĳs facile eſt legere pratis: ſed intueor mediā ꝑfunditatis abiſſi. Abiſſus plane inperſcrutabilis incarnatiōis dominice ſacramentū: abiſſus impenetrabilis. verbū caro factū eſt. et habitauit in nobis. Quis enim inueſtiget. quis attingat: quis apprehendat? Puteus altus eſt: ⁊ in quo hauriā non eſt michi. / Verūtamen ſolet interdū ſuperpoſita puteis humectate linthiamina vapor exalans Propterea ſane licꝫ irrūpere vetear ꝓprie conſcius infirmitatis: frequēter tamen velut ſuper os huius putei expando ad te dn̄e manus meas: pro eo ꝙ anima mea ſit ſicut terra ſine aqua tibi. Et nūc ſi quid eſt ꝙ aſcēdente de deorſū nebula tenuis ebibere cogitatio / vobis fratres modicū illud ſine inuidia cōmunicare propoſui: velut expreſſo lintheamine vel exigua refundens celeſtis ſtillicidia roris. ¶ Quero igitur qua ratione filius magis incarnatus ſit ꝙ pater aut ſpiritus ſanctus: cū totius trinitatis non modo equalis ſit gloria: ſed et vna eademꝗ ſubſtantia Sed quis cognouit ſenſū domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Altiſſimū eſt miſteriū: nec nos oportet temere ſuper huiuſcemōi precipitare ſententiā. Videtur tamen nec patris nec ſpiritus incarnationē in pluralitate filiorꝫ effugiſſe cōfuſionem: dum alius dei alius hominis filius diceretur. Videtur et id maxime congruū: vt is ſpecialiter filius fieret. qui filius erat: ne quid eſſet ambiguitas in homine. Deniꝗ ipſa eſt virginis noſtre gloria ſingularis et excellēs prerogatiua marie: ꝙ filium vnum eundemꝗ cū deo patre meruit habere cōmunē. Quā ſane periſſe conſtat: ſi nō filꝰ incarnaretur. / Sed nec nobis filiis alia dari poſſet occaſio ſperande hereditatis. Factus ſiquidem primogenitus in multis fratribus qui vnigenitus erat: aſciſcet eos ſine dubio in hereditatē: quos vocauit in adoptionē. Si enī fratres: et coheredes. Hic ergo xpriſtus ihesus mediator fidelis. ſicut in perſona vna. dei hominiſꝗ ſubſtantiā copulauit ĩeffabili ſacramento: ſic et in ipſa reconciliatione. conſilio vſus altiſſimo mediā non deſeruit equitatem: vtriſꝗ tribuens quod oportebat. honorem deo. homini miſerationem. Hec enim optima inter offenſū dominū ⁊ reum ſeruum forma compoſitionis: vt nec honorandi domini zelo ſeuerus opprimat et auſteriore ſententia: nec rurſus dum huic īmoderate condeſcenditur: ille debito fraudetur honore. Audi igitur et diligent̄ obſerua angelicam in huius mediatoris ortu diſtributionem. Gloria inquiūt in altiſſimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Huius deniq; gracia obſeruationis fideli reconciliatori xpriſto. nec timoris ſpiritus defuit: quo patri ſemper reuerentiam exhiberet. ſemper ei deferret. ſemper eius gloriam quereret: nec ſpiritus pietatis: quo miſericordit̄ compateretur hominibus. Unde et neceſſarium habuit ſpiritum quoq; ſcientie: per quem timoris pariter et pietatꝫ diſtributio fieret inconfuſa. ¶ Et nota ꝙ in primo illo ꝑntum noſtrorum peccato/tres quidem auctores extiterūt: ſed manifeſte defuerunt tria trib9. dico enim euam. dyabolum et adā Non habuit eua ſcientiam: que vt ait apoſtol9 ſeducta eſt in preuaricatione. Uerum hec quidem ſerpenti non defuit. qui callidior deſcribitur ceteris animantibus: ſed pietatem malignus non habuit: qui homicida factus eſt ab inicio Adam vero pius forte videtur mulierem non contriſtando: ſed timorem domini dereliquit: voci illius obediens potius ꝙ̄ diuine. Utinā magis timor dn̄i p̄ualuiſſet in eo: ſicut de xp̄o ſignanter legitur: quia repleuit eū nō pietatis ſpiritus ſed timoris. In omnibus enī et per oīa pietati primoꝝ timor dn̄i preferend9 eſt: et ſol9 ipſe eſt q̄ totū ſibi debeat hominē vendicare. ¶ In hijs ergo trib9. timore/ pietate/ et ſcientia: mediator noſter reconciliauit hoīes deo. Nā in cōſilio et fortitudine de manu aduerſarij liberauit. Conſilio ſiquidē ꝓſtino iure ꝑuauit hoſtē: data poteſtate vt manus iniceret inocenti. fortitudine ꝑualuit ne violēter poſſit retinere redēptos: dū victor ab inferis rediyt: et vita hoīm cum eo ſurrexit. ¶ Exinde cibat nos pane vite et intellect9: potat aqua ſapientie ſalutaris Eſt enī intellectus rerū ſpūaliū et inuiſibiliū verus aīe panis. confirmans cor noſtrū: et ad oē opus bonū roborans in oī exercitatione ſpirituali Carnalis autē homo qui nō ꝑcipit ea que ſūt ſpiritus dei. ſꝫ ſtulticia illi videtur. gemat et lugeat dicens. Aruit cor meū: quia oblitus ſū comedere panē meū. Ecce enī mera et ꝑfecta ſentētia eſt. nō ꝓdeſſe hoī ſi mūdū vniuerſū lucretur: aīe ſue detrimentū faciat Sꝫ quādo id caꝑe poſſit auar9: Sine cauſa laborat: quiſquis ei ꝑſuadere conat̄. Un̄ hoc: Nēpe quia illi ſtulticia videt̄. Quid verius: ꝙ̄ iugū xp̄i eē ſuaue: Appone homini ſeculari et vide ſi non lapidē ꝙ̄ panē reputabit Et certe huiuſmodi intelligentia veritatis interne viuit aīa: et hic cibus eſt ſpiritualis. Non enī in ſolo pane viuit homo: ſed in oī verbo qḋ ꝓcedit de ore dei Uerumptamen donec ſapiat veritas: non ſine difficultate ad interiora traicitur. Ubi vero in ea ceperit oblectari. iam non cibus ſed potus eſt: et ſine difficultate intrat ad animam: quo videlicet ſpiritualis cib9 ītelligētie potu ſapiētie digerat: ne ipiꝰ iteriorís hoīs artubꝰ id ē affectibꝰ ſiccitate laborātibꝰ oneri magꝭ ſit ꝙ̄ vtilitati · // Ex omnibus ergo que ſaluādis fuerant populis neceſſaria: nichil penitus defuit ſaluatori Ipſe eſt enim de quo precinit yſaias · Egredietur virga de radice yeſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: et req̄ſcet ſuper eum ſpiritus domini· ſpiritus ſapiencie et ītellectus· ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis· ſpiritus ſciencie et pietatis: et replebit eum ſpiritus timoris dn̄i· Illud ſane diligenter attende: ꝙ florem hūc de radice non de virga dixerit aſcenſurū· Etenim ſi noua xpriſti caro in virgine creata eſſet ex nichil quod eſtimauerunt nonnulli: non de radice flos: ſed forte de virga dici poterat aſcendiſſe · Nunc autem q̄ ꝓdijt de radice ſine dubio ꝯmuni ab origine probatꝰ habuiſſe communem materiam Nam ꝙ ſuper eum ſpūs requieuit: nichil in eo contradictionis fuiſſe declarat In nobis enim quia nō oīno ſuperior eſt ſpūs nō requieſcit: carne nimirū aduerſus ſpiritū· et ſpiritu aduerſꝰ carnē ꝯcupiſcente: a quo nos ꝯflictu liberet· ī quo nichil ſimile fuit· nouꝰ homo et verꝰ homo· q̄ veram carnis noſtre ſuſcepit originem: ſed vetus fermētū ꝯcupiſcentie non ſuſcepit

Sermo p̄mus in ramis palmarum de tribus ordinibus obſequencium xpriſto·

NOn ſine cauſa ſpiritū ſpōſi pariter ⁊ dei ſui habēs eccleſia: ꝓceſſionem hodie noua q̄dam et mira ꝯiunctione a ddidit paſſioni· Nam ꝓceſſio plauſum habet: paſſio planctum· Qm̄ ergo ſapiētibꝰ et inſipiētibus debitores ſumꝰ: videamꝰ q̄d vtriſq̄ ꝯferat hec ꝯiunctio· Et prius quidē quid ſecularibꝰ indicet: quoniā non ꝑus ꝙ ſpirituale· ſed qd̄ aīale //

Videat ſecularis aīa· videat ⁊ ītelligat: qm̄ extrema gaudij luctꝰ occupat Propter hoc enim qui cetera quoq̄ cepit facere et docere· non ſolū verbis ꝑdicans· ſ; ⁊ exemplis: qd̄ ante predixerat ꝑ prophetam· qm̄ oīs caro fenū· ⁊ oīs gloria eiꝰ quāſi flos feni: eciam apparēs in carne manifeſte ſtuduit ꝓbare in ſeipō Unde ⁊ ꝓceſſionis gloria voluit ſublimari: q̄ paulo poſt ſibi nouerat iminere diem ignominioſiſſime paſſionis · Quis ergo ſperare iam debeat in incerto glorie temporalis: cū videat in ipſo quoq̄ qui peccatum non fecit creatore temporum ⁊ conditore vniuerſitatꝭ poſt exaltationē tantā· tantā nichilominꝰ humiliationem ſequi: In eadem enī ciuitate· a plebe eadē· ⁊ eodē tempe· nūc quidē ꝓceſſionis gloria et diuinis ē laudibꝰ honoratꝰ: poſtmodū vero iterrogatꝰ ꝯtumelijs ⁊ tormēto· cū ſceleratꝭ reputatꝰ Hic eſt trāſitorie leticie finis: hic fructꝰ glorie tempalis Propterea prudēter orat ꝓpha· vt cantet dn̄o glā eiꝰ et non ꝯpungatur: id eſt ꝓceſſionem habeat· quā

b passio non sequatur. ¶ Vos aūt
frēs tanq̄ spiritalib9 spiritalia cō
parātes. in ꝓcessionē quidē celestis
patrie rep̄sentabim9 glām: in passi
one mōstrabim9 viā. Nā si in ꝓcessio
ne venit quidem tibi in mentē futu
ra illa leticia et exultatio multa ni
mis. quādo rapiemur in nubib9 ob
uiā xpristo in aera: si tota ɔcupiscē
tia videre desideras diē illū. quādo
suscipietur in celestē iherusalē xp̄us
dn̄s. caput cū membris oībus por
tans triūphū victorie: applaudenti
bus iā nō paupib9 turbis. s; vtuti
bus angelicis. clamātib9 vndiq; po
pulis vtriusq; testamēti. bn̄dict9 qui
venit in noīe domini: si inquam cō
siderasti in processione quo properā
dum sit: disce in passione qua sit cū
dum. Hec est enim via vite / tribu
latio presens: via glorie. via ciui
tatis habitaculi. via regni: scd'm q̄
latro clamat de cruce: memēto mei
domine dū veneris in regnū tuum
Eūtem enim in regnū vidit: quo
cum peruenisset. sui memorem fore
rogauit. Peruenit ergo et ipse Et
si vis nosse q̄ compendiosa via: ea
dem die meruit cum domino esse in
paradiso. Tolerabilem proinde
reddit passionis laborem gloria ꝓ
cessionis: q̄m amanti nichil diffici
c le est. ¶ Nec mireris q in pn̄ti ꝓ
cessione celestem dixerim repn̄tari:
quando vnus ⁊ idem in vtraq; sus
cipitur: ⁊ si longe aliter ⁊ ab alijs
In hac enim processione irraciona
li iumēto xp̄us insidet: in illa vero
iumentū quidem futurū ē sed racio
nale: q̄m hoīes ⁊ iumenta saluos
facies domine. Cui simile est ⁊ illud
vt iumentū fact9 sum apud te: et e
go semꝑ tecum. Et vide si non de
ꝓcessione loquit cū sequitur. Te
nuisti manū dexteram meā: et i vo
lūtate tua deduxisti me: ⁊ cū gloria
suscepisti me. Ibi certe ne ipse quidē
pull9 deerit: quando ⁊ si murmuret
hereticus paruulos venire nō sinēs
paruulorum baptismo detrahens:
qui paruulus natus est. et primo e
legit aciem paruulorum (inn ocētes
loquor) hodie quoq; paruulos a
gracia non excludit: quia nec pieta
ti incongruum. nec maiestati eius
difficile est: vt suppleat mun9 graci
e quod minus in eis habet natura
possibile. Ibi enim non ramos ar
borum: non vilia vestimenta popu
laris turba prosternet: sed dimit
tent pennas suas animalia sācta:
deponent coronas suas ante thro
nū agni viginti quatuor seniores:
et virtutes omnes angelice quicq̄d
habent glorie vel decoris. totum ei
ascribent: totū attribuent illi ¶ d
Iam vero q̄m de iumento ac vesti
bus ac ramis arborum mētio facta
est: cōsiderate diligentius libet tri
plex obsequiū qd in processiōe hac
exhiberi video saluatori. Primū q̄
dem a iumento cui insidet: scd'm ab
hijs qui vestimenta ꝓsternūt: terciū
um vero ab hijs qui de arborib9 ra
mos cedere perhibentur. Nōne enī
omēs reliqui ex eo q habūdat sibi
mittunt: et quasi sine labore obse
quūtur domino: solum vero iumen
tum semetipsum exponit eius obse
quio. Dilectū michi ē. vt elatione

cureatis? an magis loquar vt habeatis consolationẽ? Jumentũ cui insidet xp̄istus nonne vos estis. iuxta preceptũ apostoli glorificantes ⁊ portantes deum in cordib9 vestris? Expendunt enĩ seculares homines in obsequiũ domini nõ quidẽ corpora: sed que adiacẽt ⁊ necessaria sũt corporibus: cũ de terrena substantia elemosinas largiantur. Prelati quoqꝫ ramos cedunt de arborib9: verbi causa. cũ de fide et obediencia abrahe. de castitate ioseph. de mansuetudine moysi. ceterorũqꝫ sanctorum virtutibus euãgelizant. Verũptamẽ ⁊ hij de ꝓmptuarijs plenis largiũtur: ⁊ hij qui acceperũt gratis. gratis nichilominus dare iubentur. Omnes tamẽ si fideliter suo quisqꝫ intentus fuerit ministerio. in processiõe sũt saluatoris: et cũ eo ingrediuntur in sanctã ciuitatẽ: qm̃ tres preuidit propheta saluãdos: noe cedẽtem ramos ĩ arche fabricam: danielem in vili edulio ⁊ labore abstinẽtie/ factũ tanꝗ̃ iumẽtum saluatorẽ qꝫ portantẽ: tercium quoqꝫ iob bene dispensantẽ substãtiã huius mũdi. et de vellribus ouiũ suarum pauperũ latera calefacientem. Cum tamen in processiõe illa ihesus propinquior: cui de tribus ordinibus salus viciniori: facile credo potestis aduertere.

Sermo eiusdem secundus vnde supra de quatuor ordinibus processionis.

Necesse est vt loquamur hodie breuius: propter angustiã tẽporis. Multa quidẽ nobis ministrat processio quã celebraturi sumus: sꝫ eadem impedit ne dicere plura possimus. Celebraturi sumus hodie processionẽ: ⁊ paulopost audituri passionẽ. Quid sibi vult mirabilis ista coniũctio: aut quid cogitauerũt patres nostri. passionẽ addentes processioni? Nam processio quidẽ merito representatur hodie: quia facta est hodie. Passio vero cur addita ẽ. quã sexta feria cõstat esse secutam? Optime vtiqꝫ processioni passio cõiuncta est. vt discamus in nulla leticia huius seculi habere fiduciã: scientes quoniam extrema gaudij luctus occupat. Propterea non simus stulti ne occidat nos ꝓsperitas nostra: sed in die bonorũ non immemores simus malorum: ⁊ econuerso. Istis enim mixtũ est presens seculũ: non secularibus tantũ. sed etiam spiritualibus viris. Nam ⁊ secularib9 viris aliquãdo que placent. quãdoqꝫ que displicent videmus accidere: et ipsis nichilominus spiritalibus non semper tristia. non semper leta succedunt: sed est vespere et mane dies vnus. Et illud. Visitas eum diluculo: ⁊ subito probas illum. Verum hec interim dum presens seculũ manet: vel magis manat et fluit. Ceterũ p9 hoc seculũ duo futura sũt secula valde diuisa ⁊ diuersa: ita vt in altero nõ sit nisi flet9 ⁊ stridor dẽtium: in altero solum graciarum actio ⁊ vox laudis. Absterget enim deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum: ⁊ iã non erit ampli9 neqꝫ luctus neqꝫ clamor: sed nec vllus dolor Interim ſicut amatores mūdi multa patiūtur aduerſa: ita nec ipſis ſeruis dei oīa in hoc mūdo optata ſuccedūt In die ergo maloꝝ memores ſint bonoꝝ: ne puſillanimes fiant ⁊ impatientes: ſicut hic de quo legimꝰ in pſalmo Cōfitebitur tibi cū bñfeceris ei In die quoqꝫ bonoꝝ nō immemores ſint malorū: ne extollant̄ et dicāt in habūdātia ſua nō mouebimur in eternum Dicit enī ſeculariū rerum proſperitas occidit ſtultum ſecularem: ſic poteſt ⁊ habūdantia ſpiritualis pſperitatis occidere indoctum ſpiritalem: atqꝫ ita nō ſpiritalem: ſpūalis quippe omnia diiudicat // Unde autē eueniat ꝙ ſtultum occidit proſperitas et non ſapientem: alibi habemus Cor ſapientis vbi triſticia: et cor ſtultorū vbi leticia Merito proinde ait Bonum eſt magis ire ad domū luctus: ꝙ̄ ad domum conuiuij Licet enim multos frangat aduerſitas: tamen multo plures extollit proſperitas: ſicut ſcriptum ē Cadent a latere tuo mille ſiniſtro ſcilicet per quod ſignificatur aduerſitas: ⁊ decēmilia .i. plures a dextris tuis: in q̄bꝰ pſperitas deſignatur. Deniqꝫ quia vtrobiqꝫ periculum eſt: orat ſapiens ⁊ dicit Diuicias ⁊ paupertates ne dederis michi: ne forte aut diuicie extollerēt in ſuperbiam: aut paupertas deiceret in impatientiam Unde et dominus ſicut in paſſione patientiā: ita ⁊ in proceſſione humilitatem exhibere curauit In illa enim tanꝙ̄ ouis ad occiſionem ductus eſt: ⁊ quaſi agnus coram tondente obmutuit. et non aperuit os ſuum. Qui cum pateretur non comminabatur: ſed magis orabat dicens Pater ignoſce eis: quia neſciunt quid faciunt. In proceſſione autem quid? Parabant ſeſe populi vt exirent obuiam ei: nec eum latebat qui nouerat q̄d eſſet in homine Propter quod ⁊ ipſe paratus. non in curribus aut ī equis: non in frenis argenteis aut ſellis auro textis: ſed humilis aſelli tergo ſedens. ſuppoſitis apoſtolorum veſtibus: quas ego de precioſioribus regionis fuiſſe non credo.

// Sed quid fuit. ꝙ proceſſionē habere voluit: qui mox futuram nouit paſſionē? Forte vt amarior eſſꝫ paſſio: quam proceſſio preceſſiſſet. Ab eodem enim populo in eodem loco et ipſo tempore pauciſſimus diebus interpoſitis: p̄mo cum tanto triumpho ſuſceptus: poſtea crucifixus eſt O ꝙ̄ diſſimile eſt. tolle tolle crucifige eum: ⁊ benedictꝰ q̄ venit ī nomine dñi: oſanna ī excelſis O ꝙ̄ diſſimile rex iſrael: ⁊ nō habemꝰ regem niſi ceſarem O ꝙ̄ diſſimiles rami virentes et crux: flores ⁊ ſpine Cui prius proſternebātur veſtimēta aliena: ecce ſuis exuitur: ⁊ ſortes mittitur ſuper ea Ve tibi amaritudo peccatorum noſtrorum: propt̄ que ſoluenda tanta amaritudo eſt neceſſaria. // Iam vero ad proceſſionem accedens: tanꝙ̄ quatuor ordines in ea michi videor intueri Fortaſſis in hac noſtra proceſſione omnes hodie potuerunt inueniri. Preibant enī aliqui. et viā parabāt:

[illegible]

ipſi ſunt qui viam parant domino ad corda veſtra: qui vos regunt· et dirigunt greſſus veſtros in viam pacis Alij ſequebantur: ⁊ hij ſunt qui proprie inſcientie conſcij deuote ſequuntur; et adherent ſemper veſtigiis precedentium Erant quoqꝫ diſcipuli tanq̄ domeſtici latera eius adherentes: ipſi ſunt qui partem optimam elegerunt: qui in clauſtris ſoli deo viuunt / ſemper deo adherentes· et eiꝰ placitū conſiderantes· Ipſum quoqꝫ iumentum cui inſidebat non deſuit: quod deſignat duros corde ⁊ animos quodāmodo beſtiales· Verum non fuit animaliū huiuſmodi copioſior multitudo: nec oportuit· Tales enim magis oneri ſunt q̄ honori: nec propter eos proceſſio valde glorioſior eſt· Huiuſmodi autem cantare non nouerunt: ſed male ſonoros dant rugitus· Ipſi ſunt qui virga ſemper et calcaribus egent· Attamen nec ipſos relinquet dominus: dum diſciplinā ferre voluerint· Hijs enim dicitur· ſeruite domino in timore: et apprehendite diſciplinā: nequando iraſcatur dominꝰ et pereatis de via iuſta Poſtq̄ enim hoc iumentum diſciplinam ferre noluerit: quid reſtat niſi vt abiciat eum dominus cum indignatione quadam· ⁊ protinus exeat a via currens per ſpinas ⁊ tribulos a quibus ſuffocatur verbū dei: que ſunt diuitie huius mundi· ⁊ voluptates carnis: Sed qui tales ſunt hic quibus grauis ſit ordo ⁊ omnia onerosa· quos pungi frequenter oporteat ⁊ vrgeri: obſecramus eos vt ſtudeant de iumentis ſi forte queant in homines commutari· ⁊ computari inter aliquos ceterorum: vt ſint aut de precuntibus· aut de adherentibus et collateralis aut de ſequentibus ſint Quod ſi non faciunt: obſecro vt vel in eo quod ſunt permaneant interim· et patienter ferant que ſalubria ſunt· et ſi minus ſuauia: donec complaceat domino reſpicere humilitatem eorum· et in melius aliq̄d eos ꝓmouē· //

Vultis autē vt aliquatinus conſolemur iumentum veſtrum: Damus equidē quia cantare non nouit; neqꝫ de eis eſt qui dicere poſſint· Cantabiles michi erant iuſtificationes tue: in loco peregrinationis mee Attamen vnū eſt: quia nemini ceterorū tam prope eſt dominus· Nam nec ipſi qui hinc et inde adherent tam eum habent: vt iumentum cui inſidet· Et audi hocipſum a propheta· Prope eſt dominus hijs qui tribulato ſunt corde· Nam et mater quem egrotantem nouit filium: magis fouet ⁊ amplectitur ſepius· Nemo igitur indignetur: nemo contempnat; dum voluerit xpriſti eſſe iumētum· Etenim qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis: illum grauiter offendit· qui eos tanq̄ mater miſericordie ſuo gremio fouet donec roborentur· Vnde et morum infirmitates patientiſſime ferendas beatus benedictus ammonuit· //

Quatuor ꝗ̄ ſūt genera in paſſione dn̄i· Boni prudētes ⁊ boni ſiplices hij ſunt qui p̄eunt ⁊ qui ſequūtur· Bonos autē addidi: qꝛ prudentes non boni iniqui ſūt iuxta illud· ſapientes ſunt vt faciāt mala: ⁊ ſimplices nō boni ſtulti ſūt· In ꝓceſſione autē dn̄i· nec iniquus locum habet nec ſtultus Porro qui adherent ei· contemplatiui ſūt· Qui portant et onerāt ea: ipi ſūt duri corde ⁊ parū deuoti· ¶ Sed ecce omnes ſunt in proceſſione dn̄i: ⁊ nemo ex ipis faciem eius videt· Nam qui precedunt occupati ſūt in panda via: ſolliciti circa peccata ⁊ tēptationes aliorꝫ· Qui ſequūtur ipi omnino faciē eius videre nō poſſunt: ſed ſicut moyſi dictum eſt poſteriora eiꝰ vident Iumētū āt cui inſidet nunq̄· ad videndum leuat oculos: ſed pronum eſt ſemper in terram· Qui vero adherent ipſi aliquādo videre poſſūt: ſed raptim et non continue nec plene: dū adhuc ſunt in via· Attamē quantum ad alios ipſi magis facie ad faciem eum vident: iuxta qđ itē de moyſe ſcriptū eſt: qꝛ ceteris quidem ꝓphetis per viſiones et ſomnia: moyſi vero facie ad faciem loquebatur· Quantū ad plenā ſane viſionem· nec ipē moyſes dum viuit in hoc mūdo īpetrare poteſt faciei ipiꝰ viſionē: qꝛ ſicut ipſe ait· Non videbit me homo ⁊ viuet· Nō videbor inquit in hac vita: nō videbit quis faciem meam in hac via et in ꝓceſſione iſta· Ipſe itaqꝫ magna pietate ſua donet nobis ſic in eiꝰ ꝓceſſione perſeuerare dum viuimꝰ: vt ī magna illa ꝓceſſione qua cū ſanctis omnibus a patre ſuſcipiēdus eſt· ⁊ tradicturꝰ regnū deo et patri· ſanctam ciuitatē cū ipſo ingredi mereamur

¶ Feria quarta ſermo de paſſione dn̄i nr̄i iheſu xpriſti·

Vigilate aīo fratres: ne infructuoſe pertranſeāt vos huiꝰ temꝑis ſacramenta· Copioſa ē benedictio: date receptacula mūda: deuotas aīas· vigiles ſenſus· affectꝰ ſobrios· puras conſciencias exhibete tātis cariſmatibꝰ grāꝫ· Nimirum admonet vos ſollicitudinis huiꝰ nō modo ſpecialis ipā ꝯuerſatio quam ꝓfeſſi eſtis: ſed ⁊ generalis eccīe obſeruatio cuiꝰ filij eſtis· Vniuerſi ſiquidem xpiani ſacra hac ſeptimana ā pre ſolito· aut preter ſolitū pietatē colunt: modeſtiam exhibent· humilitatem ſectantur· induūt grauitatē vt xpriſto pacienti quodāmodo compati videātur· Quis enim tam irreligioſus· qui non compungatur: quis tam inſolens vt non humilietur: quis tam iracūdꝰ vt non indulgeat: quis tam delicioſus vt non abſtineat: quis tam flagicioſus vt non contineat· quis tam malicioſꝰ vt non peniteat hijs diebus: Merito quidē· Nempe adeſt paſſio dn̄i vſqꝫ hodie terram mouens: petras ſcindens: ⁊ aperiens monumenta· Prope eſt enim reſurrectio eiꝰ· in q̄ ſolempnitatem celebrabitis altiſſimo domino: vtinam vſqꝫ in altiſſima que fecit magnalia· alacritate et auiditate ſpiritus ſubeuntes· Nichil in hoc mundo melius fieri q̄ ꝙ a domino factū eſt hijs diebꝰ:

nichil mūdo vtilius poterat cōmendari: ꝙ̄ vt actu perpetuo singulis celebret ānis memoriale eius in desiderio anime. ⁊ memoriā habundancie suauitatis eius eructuet Vtrūqȝ autē ꝓpter nos: ꝙ in vtroqȝ nobis salutis fructus. in vtroqȝ vita spiritus nostri // Mirabilis passio tua domine ihesu: que passiones omnium nostrū propulsauit: propiciatta est omnib9 iniquitatibus nostris: ⁊ nulli vnꝙ̄ pesti nostre inuenitur inefficax Quid enim tam ad mortem: qđ non tua morte soluatur? // In hac igitur passione tria fratres specialiter cōuenit intueri: opus. modū. ⁊ causā Nam in opere quidē paciencia: in modo humilitas: in causa caritas ꝯmendatur // Paciencia aūt singularis: ꝙ videlicet cū supra dorsum ei9 fabricarent peccatores. cum sic extenderetur in ligno. vt dinumerarentur omīa ossa eius: cum fortissimū illud propugnaculum qđ custodit israel vndiqȝ foraretur. cum foderentur man9 eius ⁊ pedes: sicut agnus ad occisionem duct9 sit. ⁊ tanꝙ̄ ouis coram tondēte non aperuit os suū: non aduersus patrem murmurans. a quo missus fuerat: non aduersus humanū gen9 pro quo que non rapuit exsoluebat: non deniqȝ vel contra populum ip̄m peculiarem sibi. a quo pro tantis beneficijs tāta mala recipiebat Plectūtur aliqui pro peccatis suis. et humiliter sustinent: hoc ip̄m tamen eis ad pacienciam reputatur. Flagellantur alij. non tam purgandi ꝙ̄ probandi coronādiqȝ. ⁊ maior in hijs paciencia cōmendatur Quō non maxima censeatur in xp̄o: q̄ in funiculo hereditatis sue ab hijs quib9 specialiť saluator aduenerat. crudelissima morte mulctať. sicut nullū omnino peccatū nec actu ꝓprio. nec contractu. sic nec in quo crescere posset habēs: Nimirū in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. nō vmbratice ȝ corporaliter: in quo deus mundū sibi reconcilians. nō figuratiue ȝ substācialiter: qui deniqȝ plen9 gracie ⁊ veritatis non cooꝑatiue sed ꝑsonaliť Vt faciat opus suū. alienū est op9 eius ab eo: ysaias loquitur. Quia et op9 suū fuit qđ dedit ei pater vt faceret: ⁊ alienū fuit ab eo vt talis talia sustineret. Ita ergo habes in opere pacienciā / Nam modū ip̄m. si diligenť attendas. non modo mitem agnosces. ȝ ⁊ humilem corde: nempe in humilitate iudicium eius sublatum est: cum nec ad tantas blasphemias nec ad falsissima que sibi obiciebatur crimina responderet Vidimus inquit eum ⁊ non erat aspectus: non speciosum pre filijs hominum. sed opprobrium hominum: tanꝙ̄ leprosum ⁊ nouissimū virorum: plane virum dolorum a deo ꝑcussū et hūiliatū: ita vt nō esset ei spēs neqȝ decor O nouissimū ⁊ altissimū: o hūilē et sublimē: o opprobriū hoīm ⁊ glāz āgeloꝝ Nemo illo sublimior: nemo hūilior Deniqȝ sputꝭ illit9 ē: opprobrijs saturat9 ē: morte turpissima ꝯdēpnat9 ē: cū sceleratꝭ reputat9 ē Nichilne merebitꝭ vel ista hūilitas. q̄ hūc habȝ modū ymmo que tam est vltra modum:

¶ Sicut eſt paciētia ſingularis· ſic et humilitas āmirabil': vtraqꝫ ſīn exēplo· Vtraqꝫ tñ magnifice cū ipā ꝯmēdat· Nimiꝝ caritas ē· Propter nimiā enī caritatē ſuā qua dilexit nos deꝯ: vt ſeruū redimeret· nec pat' filio· nec ſibi filiꝯ ipē pepcit· Vere nimiā: q2 ⁊ hec mēſurā excedit· modū ſupat· plane ſupeminēs vniuerſis· Maiorē inq̄t caritatē nemo habet: ꝙ vt aīam ſuā ponat q̄s ꝓ amicis ſuis· Tu maiorē habuiſti dñe: ponēs eam ꝓ inimicis· Cum enim adhuc inimici eſſemꝯ: ꝑ mortem tuā ⁊ tibi recōciliati ſumꝯ ⁊ patri· Quenā ergo videbitur alia vel fuiſſe vel eſſe vel futura huic ſimil' caritati: Vix pro iuſto quis moriē tu pro iniuſtis paſſus es· moriēs ꝓpter delicta nrā: q̄ veniſti iuſtificare gratis peccatores: ſeruos faciens fratres· captiuos coheredes· exules reges· Nec ſane aliud aliq̄d paciētiam hāc ⁊ hūilitatē eq̄ illuſtrat: ꝙ ꝗ tradidit in mortē aīam ſuā· ⁊ peccata multoꝝ tulit: eaīā ꝓ trāſgreſſoribꝯ rogās vt nō perirēt

¶ Fidel' ſermo et oī acceptōe dignꝯ Quia enim voluit oblatus eſt· Non modo voluit et oblatꝯ eſt: ſed quia voluit· Solus nimirꝫ ptātem habuit ponendi aīam ſuam: nemo eam tulit ab eo· Cum accepiſſet acetū dixit: cōſummatū eſt· Nichil reſtat implendū: iam nō eſt quod expectem Et inclinato capite factꝯ obediens vſqꝫ ad mortē: tradidit ſpiritum· Quis tam facile qñ vult dormit: Magna quidē infirmitas mori: ſed plane ſic mori virtus īmēſa· Nēpe quod infirmū eſt dei: fortius eſt hominibꝯ· Poteſt humana veſania ſibÿpſi in mortem ſceleratiſſimas inicere manus: ſed non eſt hoc ponere animam ſuam· Vrgere eam mag' et violenter abrumpere: ꝙ ad nutum ponere eſt· Tibi impie iuda· miſera plane facultas fuit· non ponendi animam ſed pendēdi: nec tradente te· ſed trahente laqueo neq̄ſſimus ille ſpūs tuꝯ exiuit: nō emiſſus ſed amiſſus· Solus in mortem tradidit animā ſuam· qui ſolus virtute propria eſt regreſſus ad vitā: ſolus habuit poteſtatem ponendi q̄ ſolus facultatem eque liberā habuit reſumendi: imperium habens vite et mortis· Digna ergo caritas tam ineſtimabilis: humilitas tam ammirabilis: paciencia tam inſuperabilis· Digna plane tam ſancta tam immaculata: hoſtia tam acceptabilis·

¶ Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere fortitudinem: facere ad quod venit: tollere peccata mundi· Ego autem dico pcc̄ꝫ triplex qd̄ īualuit ſup terrā Putatis q2 velī dicere cōcupiſcentiā carnis ꝯcupiſcētiā oculoꝝ: ⁊ ſupbiam vite: Funiculꝯ triplex eſt q̄ difficile rūpit': ꝓpterea multi trahūt· p̄mo trahuntur hoc funiculo vanitatis: ſed prior ille ternarius non immerito preualet in electis Quomodo enim non illiꝯ paciencie recordatio omnē arceat voluptatem: quomodo non illiꝯ humilitatis conſideratio ſuperbiam vite prorſus extīdat: Nam caritas illa digna plane· cuius meditatio mētē occupet·

ſic totā ſibi vendicet aīam: vt oīno viciū curioſitatis exſufflet. Fortis igitur ↄtra hec. paſſio ſaluatoris. ¶ Sꝫ aliud ego triplex eque peccatum queadmodū virtus crucis expugnat/ dixte cogitaui: et id forte vtiliꝰ audiatur. Primū quidē originale: ſecundum perſonale dixerim: terciū ſingulare ¶ Et originale quidem maximū illud delictū vocat̄: quod a pͥmo adā ꝯtraximꝰ: in quo peccauimꝰ oēs: pro quo morimur vniuerſi. Maximū plane: quod ſic nō modo totū humanū genꝰ. ſed et quēlibet ipſius generis occupat: vt non ſit qui euadat. non ſit vſꝫ ad vnū. A primo homine in nouiſſimū vſqꝫ procēditur: et in ſingulꝭ qꝫ a planta pedis vſꝫ ad verticem capitꝭ diffūditur hoc venenū: ſed et letaliter nichilominus in vniuerſam dilatatur etatem: ab ea ſcilicet die qua ſua quēqꝫ concipit. vſqꝫ ad eā qua communis cum recipit mater. Alioquin vnde graue iugum ſuper omnes et totos filios adam: idqꝫ a die exitus de ventre matris eorum: vſqꝫ in diem ſepulture in matrem omnium? In ſordibus generamur: in tenebris confouemur: in doloribus parturimur. Ante exitum miſeras oneramus matres: in exitu more vipereo laceramus: mirum qꝫ nō pariter ipſi laceramur Primam vocem ploratiōis edimꝰ merito quidem/ vtpote vallem plorationis ingreſſi: vt nobis illud ſci iob ab omī parte poſſit aptari. Hō natꝰ de muliere breui viuens tempore: repletur multis miſerijs. Ex verum hoc ſit: non verba nos docuere ſed verbera. Homo inquit natus de muliere: nichil abiectius. Et ne forte ex ipſa ſibi voluptate corporeorum ſenſuum. quam de ſenſibilibus hauriat blandiatur: in ipſo ſtatim introitu. de exitu quoqꝫ terribiliter āmonetur: cum dicitur breui viuens tempore. At ne ſpaciū illud qđ īter greſſum ⁊ egreſſum relinquitur ſibi liberū putet: repletur ait multꝭ miſerijs. Multꝭ ⁊ multiplicibꝰ inquā miſerijs corporis miſerijs cordis: miſerijs dū dormit. miſerijs dum vigilat: miſerijs quaqua verſum ſe vertat. Nimirū ipſe quoqꝫ natꝰ ex virgine. ymmo factꝰ ex muliere. ſed benedicta in mulieribus: qui loquitur ad mrēm. mulier ecce filiꝰ tuus: ecā breui viuēs tempe. ſuper terrā nichilominꝰ multis repletur miſerijs. In illa breuitate appetitus eſt inſidijs. interrogatus contumelijs: pulſatus iniurijs. vexatꝰ ſupplicijs: conuicijs laceſſitus Tu ne hanc ſufficere dubites obedientiam: que reatum oēm prime preuaricationis abſoluat? Ymmo vero non ſicut delictū: ita et donū. Nam peccatum eſt ex vno in condempnationem: gracia autē ex multis delictis in iuſtificationē.

¶ Et quidē graue omnino delictum illud originale: quod non ſolū perſonam inficit. ſꝫ et naturā. Perſonale tamen aliqꝫ grauiꝰ eſt: cū iā laxatis habenis/ exhibemus vndiqꝫ mēbra nrā arma iniquitatꝭ peccato: nō modo iā alieno: ſꝫ et ꝓpͦ criminis ꝯpediti ¶ Singulare vero gratiſſimū eſt quod commiſſum eſt in dominū maieſtatis: cum viri impij virum iuſtum iniuſte occiderūt: et ſacrilegas manus in ipſum dei filium iniecerunt crudeliſſimi homicide: ymo et ſi phas eſt dicere etiam deicide. Quid duo precedentia ad tercium? Ad hoc expalluit ⁊ expauit tota machina mūdialis: ⁊ pene in antiquū chaos ſunt omnia reuoluta. Ponamus aliquē de regni principibus terrā regiam depopulaſſe in vaſtitate hoſtili: ponamus aliū qui cum eſſet de conuiuio et conſilio regis vnicum eius filium proditoris manibus ſuffocarit. Nunquid non primus ſecundi reſpectu innocens videbitur ⁊ immunis? Sic eſt omne peccatum quantum ad hoc peccatum: et tamen hoc peccatum in ſe pertulit. qui ſeipſum fecit peccatum: vt de peccato dampnaret peccatum. Per hoc enim omne peccatum tam originale q̄ perſonale deletum eſt. et ipſum quoqꝫ ſingulare eliminatū eſt per ſemetipſum. Argumentū michi eſt a maximo ꝙ duo minora ſunt exploſa: ⁊ ecce argumentum. Peccatū multorum tulit: ⁊ pro tranſgreſſoribus rogauit vt non perirent. Pater ait ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt. Volat irreuocabile verbum tuum domine: nec reuertetur ad te vacuum: ſed faciet ad quod miſiſti //

Vide nunc opera domini que poſuit prodigia ſup̱ terrā. Flagellis ceſ9. ſpinis coronat9. clauis ꝯfoſſ9. affixus patibulo. opprobrijs ſaturatus: oīm tn̄ dolorꝫ imemor ait. pater ignoſce illis. Hinc multe miſerie corporis. hinc multe miſericordie cordis: hīc dolores. hinc miſeratiōes: hinc oleū exultationis: hinc gutte ſanguinis decurrentis in terrā. Miſericordie domini multe: ſed ⁊ miſerie domini multe. Vincent ne miſerie miſericordias: an miſericordie miſerias ſuperabūt? Vincant mīe tue antique domine: vincat ſapientia maliciam. Magna enim illorū iniquitas: ſed nunquid non maior pietas tua domine? Multum per omnem modū. Nunquid redditur pro bono malū ait: quia foderunt foueam anime mee? Plane foderunt impacientie foueā: occaſiones indignationis plurimas ⁊ permaximas miniſtrantes. Sed quid eorꝫ fouea ad abiſſū manſuetudinis tue? Retribuentes mala pro bonis foderunt foueā: ſed caritas non irritatur. non precipitatur/nūq̄ excidit. non in foueā ruit: ⁊ pro retributis malis accumulat bona. Abſit vt muſce moriture exterminēt ſuauitatem vngenti. quod de tuo corpore fluit: quia apud ſinum tuum miſericordia: ⁊ copioſa apud eū redemptio. Muſce moriture miſerie ſunt. muſce moriture blaſphemie ſunt: muſce moriture exultationes et inſultationes quas tibi reddidit generatio praua ⁊ exaſperās. Tu aūt quid? In ipſa eleuatione manuum tuarum cum iam ſacrificium matutinum in holocauſtum veſpertinum trāſiret: in ipſa inquā virtute incenſi qd̄ celos aſcēdebat. terrā operiebat. īferos reſpergebat: exaudiend9 ꝓ reuerentia tua clamas Pater ignoſce illis: quia neſciūt q̄d faciūt. O ꝙ multus es ad ignoſcēdū. o ꝙ magna multitudo dulcedinis tue: o ꝙ lōge ſūt cogitatiōes tue a cogitationibꝰ noſtris: o ꝙ firmata eſt eciā ſuꝑ nos impios mīa tua. Mira res. Ille clamat ignoſce: iudei crucifige. Molliti ſunt ſermones eiꝰ ſuꝑ oleum: et iſti ſūt iacula. O caritas paciens: ſed et cōpaciens. Caritas paciens eſt: ſufficit. Caritas benigna eſt: cumulꝰ eſt. Noli vinci a malo: caritas habūdans. Sed vince ī bono malū: ſuꝑhabūdans eſt. Non enim ſola paciētia dei. ſed et benignitas dei ad pn̄iam iudeos adduxit: qꝛ benigna caritas eciā quos tolerat amat. ⁊ amat tam ardenter. Paciens caritas diſſimulat expectat: ſuſtinet delinquētē: ſꝫ benigna trahit. adducit conuerti facit ab errore vie ſue delinquētē: deniqꝫ cooperit multitudinē pc̄oꝝ. O iudei lapides eſtis ſed lapidem percutitis molliorem: de quo reſonat tinnitus pietatis: ⁊ ebullit oleum caritatis. Quomodo potabis domine deſiderantes te torrente voluptatis tue: qui ſic perfundis crucifigentes te oleo miſericordie tue. Patet igitur quia paſſio hec potentiſſima eſt. ad exhauriendū omniū genera peccatorꝝ. //

Sed quis ſcit ſi data eſt michi. Michi data ē: qꝛ alteri dare nō potuit. Nūq̄d angelo. Sed ille nō eguit. Nūq̄d dyabolo. Sꝫ ille nō reſurgit. Deniqꝫ non in ſimilitudinē angeloꝝ: abſit aūt vt in ſimilitudinē demonū: ſꝫ in ſimilitudinē hoīm factꝰ eſt: ⁊ habitu inuentꝰ vt homo. Exinaniuit enim ſemetipſū formā ſerui accipiens. Filius erat: ⁊ factus eſt tanꝙ ſeruus. Non ſolū formam ſerui accepit vt ſubeſſet: ſed eciā mali ſerui vt vapularet: ⁊ ſerui peccati vt penam ſolueret cum culpam non haberet. In ſimilitudinem inquit hominū nō hominis: quia primus homo nec in carne peccati nec ī ſimilitudinem carnis peccati creatus eſt. Xpiſtus autē in vniūſali hominū miſeria preſſiꝰ et profundius ſe immerſit: ne ſubtilis ille dyaboli oculus magnum hoc pietatis deprehenderet ſacramentum. Ideo habitu et omni habitu inuentus eſt vt homo: nec in eo quātum ad nature debitum ſignum aliquod ſingularitatis apparuit. Quia enim ita inuentus eſt: ideo crucifixus. Paucis autem reuelauit ſeipſum vt eſſent qui crederent: reliquis autem abſconditus eſt: quia ſi cognouiſſent nunꝙ dominū glorie crucifixiſſent. Ad hoc eciam illi ſingulari peccato ignorātiam copulauit: vt ſub aliqua iuſticie vmbra ignorantibus poſſit ignoſci. //

Duo autem nobis in hereditatem reliquerat ille vetuſtꝰ adam qui fugit a facie domini: laborem videlicet ⁊ dolorem. Laborem in actione: dolorem in paſſione. Non hoc ipſe audierat in paradyſo quem acceperat vt operaretur ⁊ cuſtodiret illum. Operaretur delectabiliter: cuſtodiret fideliter ⁊ ſibi et poſteris ſuis. Xpiſtus dominus ⁊ laborem ⁊ dolorem conſiderauit vt traderet eos in manꝰ ſuas: ymo ſe magis in manus eoꝝ infixus in limo profundi: et intrauerūt aque iſte vſꝫ ad animā eius. Vide (inquit ad patrem) humilitatē meam ⁊ laborem meū: quia pauper ſum ego. et in laboribꝰ a iuuentute mea. Laborauit ſuſtinens: manꝰ eius in laboribꝰ ſeruierūt // De dolore vide quid dixerit O vos ōnes qui tranſitis per viam: attendite ⁊ videte. ſi eſt dolor ſicut dolor meus Vere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolorēs noſtros ipſe portauit: vir dolorum pauper ⁊ dolens. tēptatus per ōnia abſꝫ peccato. Et ī vita paſſiuam actionem habuit: et ī morte paſſionē actiuam ſuſtinuit: dū ſalutē operaretur ī medio terre. Proinde memor ero q̄diu fuero / laborū illorū quos pertulit in predicādo. fatigationum in diſcurrendo: temptationū in ieiunando. vigiliarū in orādo: lacrimarum in compatiendo. Recordabor etiam dolorum eius: conuiciorū. ſputorum. collaphoꝝ. ſubſannationū. exprobrationū. clauoꝝ. horumqꝫ ſimilium: que per eum ⁊ ſuper eum habundantius trāſierūt. Facit ergo michi fortitudo. facit ſimilitudo: ſed ſi acceſſerit etiā imitatio vt ſequar veſtigia eius Alioquin etiā exquiretur a me ſāguis iuſtus qui effuſus eſt ſup terrā: nec immunis ero ab illo tam ſingulari celere iudeorū. ꝙ videlicet tāte caritati ingratꝰ fuerī: ꝙ ſpiritui gratie ꝯtumeliā fecerim: ꝙ ſanguinē teſtamēti pollutū duxerim ꝙ cōculcauerī filiū dei // Sūt pleriqꝫ qui laborem ⁊ dolorem paciuntur: ſꝫ neceſſitas in cauſa eſt non voluntas: hij non ſunt conformes ymagini filij dei. Sūt qui ex voluntate ſuſtinent: ſꝫ non eis ſors neqꝫ pars in ſermone iſto. Vigilat tota nocte luxurioſus. nō ſolū pacienter ſed ⁊ libēter: vt ſuā expleat voluptatem. Vigilat raptor ferro veſtitꝰ vt diripiat predam: vigilat fur. vt domū perfodiat alienam. Sed hij omnes et horū ſimiles lōge ſunt a labore ⁊ dolore quem conſiderat dominus // Hoīes autē bone voluntatis qui xp̄iſtiana volūtate diuicias paupertate cōmutauerūt. vel etiam non habitas cōtempſerunt: relinquentes ōnia ꝓpter ipſum. ſicut et ipſe reliquit ōnia propter ipſos: ſequuntur eum quocunqꝫ ierit. Huiuſmodi aūt imitatio validiſſimum michi argumētum eſt: ꝙ et paſſio ſaluatoris ⁊ ſimilitudo humanitatis in meam tranſeunt vtilitatem. Hic enim ſapor. hic fructꝰ eſt et laboris et doloris // Vide ergo ꝙ̄ magnificauerit facere tecū illa maieſtas. De ōnibus que in celo ſunt et ſub celo dixit ⁊ facta ſūt Et quid facilius dictu? Sꝫ nūquid ſolo verbo factū eſt. vt te quem fecerat reficeret? Triginta ⁊ tribꝰ ānis ſup terram viſus et cū hoībꝰ cōuerſatus. etiam habuit in factis calūpniatores: in dictis inſidiatores: non habens vbi caput ſuum reclinaret. Quare hoc? Quia verbum a ſua ſubtilitate deſcenderat et groſſius acceperat indumentum: nam caro factum eſt: ⁊ ideo groſſiori ⁊ moroſiori opere vtebatur. Sicut autem cogitatio vestit sibi vocem corporeã absq; sui diminutione. vel ante vocem vel post vocẽ: Sic filius dei assũpsit carnẽ. nõ cõmixtione passus nec diminutionẽ: nec ante carnem nec post carnem Apud patrẽ inuisibilis. sed hic manꝰ nrẽ tractauerũt de verbo vite: ⁊ qđ erat ab inicio vidimus oculis nostris Hoc aũt verbũ ꝑ carnem purissimã et aĩam sanctissimã quam vnierat sibi moderabatur actiões corpis sui: tum qꝛ sapientia et iusticia erat: tum qꝛ nullã prorsus habebat legem in mẽbris suis ɔ̃pugnantẽ legi mẽtꝭ sue. Meũ verbũ nec sapiẽtia nec iusticia est: sed tamẽ vtriusq; capax: et possũt ei hec abesse et adesse: abesse autẽ facilius Familiare enim iã nobis ẽ carnis nrẽ seruire vicijs. ꝙ̃ actiões ⁊ passiones eiꝰ ordinare: ꝓ eo ꝙ omnis etas ab adolescentia prona est in malum: inter flagella quoq; et gladios etiã sub discrimine mortis ad suas ambiens voluptates.

// ¶ Felix cuiꝰ cogitatio hoc est verbum nostrũ omẽs actiones suas ad iusticiam dirigit: vt ⁊ intentio sana sit et operatio recta Felix q̃ passiões corpis sui ꝓpt̃ iusticiam ordinat: vt quicquid patitur/propter dei filium patiatur: quatinꝰ a corde tollatur murmuratio: et in ore versetur gratiarum actio et vox laudis Qui sic extulit se iste tolit grabatum suum. et vadit in domũ suam Grabatum corpus est nostrum: in quo prius languidi iacebamus. seruientes desiderijs et concupiscencijs nostris Nũc portamus illud cũ spiritui cogimus obedire: ⁊ mortuũ nostrum portamꝰ: quia corpus qđ corrũpitur mortuũ est ꝓpter peccatum Ambulamus tamen nõ currimꝰ: quia idem corpus quod corrũpitur aggrauat aĩam: et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantẽ Ambulamus etiam in domũ nostrã In quam domũ? In matrem omnium: quia sepulchra eorꝫ domꝰ illorum in eternum Qui sub hoc onere ambulamꝰ. posito eo quid putatis quomodo curremꝰ. quomodo volabimus? Plane super pennas ventorum.

¶ // Amplexatus est nos dñs ihesus per laborem et dolorem nostrum: adhereamus nos quoq; ei vicarijs quibusdam amplexibus ꝑ iusticiam et iusticiam suam. actiões ad iusticiam dirigendo. passiones propter iusticiam sustinẽdo: dicamꝰ quoq; cum sponsa Tenui eũ nec dimittam Dicamꝰ etiam cum patriarcha Non dimittam te: nisi benedixeris michi Quid enim iam super est nisi bñdictio? Quid post ãplexũ nisi osculum restat? Si sic adherentem deo: quomodo iam non reclamare libet. osculetur me osculo oris sui? Ciba nos interim pane lacrimarum. ⁊ potum da nobis in lacrimis in mẽsura: donec perducas nos ad mẽsuram bonã ⁊ confertã ⁊ coagitatam: quam dabis in sinꝰ nostros. qui es in sinu patris super omnia benedictꝰ in secula Amẽ.

¶ In cena domini Sermo de tribꝰ sacramentis.

a Hij ſunt dies quos obſeruate debetis. dies pleni pietate ⁊ gratia: quibꝰ etiam ſceleratoꝛum hominū mentes ad penitentiam ꝓuocantur. Tanta ſiquidem eſt vis ſacramentoꝛum eoꝛum que diebꝰ iſtis recoluntur: vt poſſit quoq; ipſa lapidea ſcindere coꝛda: et pectus omne licet ferreū emollire ſufficiat. Deniq; videmꝰ vſq; hodie ad paſſionē xpꝛiſti non modo celeſtia compati. ſed terram moueri et petras ſcindi: et in confeſſione peccatoꝛū aperiri monumenta. At vero quoniam ſic eſt in ſpiritualibus cibis ſicut eſt in coꝛpoꝛalibus. vt in quibuſdam ſtatim pꝛeſto ſit ſapoꝛ. in aliquibus opoꝛteat laboꝛare: que manifeſta ſunt noſtro nō indigēt miniſterio: que vero clauſa ſunt diligentem volunt habere conſiderationē. Neq; enim tradit mater filio paruulo nucem integrā: ſꝫ frāgit eam. Sic et ego vobis kmi et ſi poſſē ſacramenta q̄ clauſa ſūt aꝑire debueram: ſꝫ qꝛ minꝰ poſſū. vtinā vobis mater et michi ꝑiter ſapiētia frangat nuces iſtas: nuces inquā quas ꝓtulit ſacerdotalis virga. virga v̄tutis quā emiſit dn̄s ex ſyon //

b Multa quidē ſūt ſacramēta ⁊ ſcrutādis oībus hoꝛa nō ſufficit. Foꝛtaſſis etiā aliq̄ veſtrū imbecilles ſūt ad tāta ſimul capienda. De tribꝰ itaq; ſacramētis que ſatis ꝯgrua ſūt huic tempꝛi dicendū erit: qđ dn̄s ipſe donauerit. Sacramētū dicit̄ ſacrū ſignum: ſiue ſacrū ſecretū. Multa ſiquidem fiunt propter ſe tantū: alia vero propter alia deſignāda: ⁊ ipſa dicuntur ſigna ⁊ ſunt. Vt enim de vſualibus ſumamus exēplum: datur anulus abſolute propter anulum/ et nulla eſt ſignificatio: datur ad inueſtiendum aliquem de hereditate aliqua et ſignum eſt: ita vt iam dicere poſſit qui accipit. Anulus non valet quicq̄: ſed hereditas eſt quam querebam. In hunc itaq; modum appropinquans paſſioni dominus. de gratia ſua inueſtire curauit ſuos: vt inuiſibilis gratia ſigno aliquo viſibili pꝛeſtaret̄. Ad hoc inſtituta ſunt omnia ſacramenta: ad hoc euchariſtie participatio. ad hoc pedum ablutio. ad hoc deniq; ipſe baptiſmus. initium ſacramentoꝛum omnium: in quo cōplantamur ſimilitudini moꝛtis eius. Unde et trina merſio. tridui quod nunc celebꝛandum eſt. foꝛmam gerit. Sicut enim in exterioribus diuerſa ſunt ſigna. ⁊ vt cepto immoꝛemur exemplo varie ſunt inueſtiture. ſcd̄m ea de quibus inueſtimur: verbi gratia. inueſtitur canonicus per libꝛum. abbas ꝑ baculum. epiſcopus per baculum ⁊ ꝑ anulum ſimul: ſicut inquam in huiuſmodi rebus eſt: ſic ⁊ diuiſiones gratiarum diuerſis tradite ſunt ſacramentis / Que eſt ergo gratia: vnde per baptiſmū inueſtimur: Vtiq; purgatio delictoꝛum. Quis enim poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine: niſi qui ſolus eſt mūdꝰ. et in quē pc̄m nō cadit: Huiꝰ q̄dē grē ſacramētū pꝛiꝰ erat circūciſio: vt oꝛiginalis rubiginem culpe que manauerat a parentibus primis cultellus eraderet: sed veniēte dño qui agnus est totus suauis ⁊ mitꝭ· cuius iugum suaue ⁊ onꝰ leue: optime satis mutatum est vt inuentā rubiginem cū vnctione sancti spūs aqua dilueret· et acerbitas illa cessaret ¶ Sed forte querat aliquis ⁊ dicat· Si deletum est in baptismo qđ traximus a parentibus: cur adhuc manet cupiditas· fomes et velut incentiuum quoddam peccati: nec ita purgamur baptismate· quin a primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati: Omnes siquidem in peccatrice voluntate generamur: propterea licet inuiti illicitos quosdam concupiscentiarum motus· et tanꝗ̄ bestiales sentimus· Dixi vobis superius sepius· nec mēte excidere debet: quoniam in casu primi cecidimus omnes· Cecidimus autem super aceruum lapidum· ⁊ in luto: vnde non solum inquinati: sed etiam vulnerati ⁊ grauiter quassati sumꝰ· Lauari quidē cito possumus: ad sanandum vero opꝰ ē curatiōe multa· Lauamur igitur in baptismo· qꝛ deletur cyrographū dampnationis nostre: quia hec gracia nobis cōfert: vt iam nō nobis cōcupiscentia noceat· si tamē a ꝯsensu abstineamꝰ: at qꝫ ita tꝯ̄ sanies inueterati vlceris remouetur: dū tollitur dāpnatio· et responsum mortis qđ prius inde manabat ¶ Sꝫ quis poterit tam efferos motus frāgere: quis pruritū vlceris huius ferre queat: Cōfidite quia ⁊ in hoc gracia subuenit: ⁊ vt securi sitis· sacramentum corporis et sanguinis preciosi ī inuestituram habetis ¶ Duo enim illud sacramentū operatur in nobis: vt videlicet ⁊ sensum minuat: et in grauioribus peccatꝭ tollat omnino consensum· Si quis vestrum non tam sepe modo nec tam acerbos sentit motꝰ iracundie· inuidie· luxurie· aut ceterorū huiusmodi: gracias agat corpori et sanguini domini· quoniam virtus sacramenti operatur in eo: et gaudeat ꝙ pessimum vlcus accedat ad sanitatē ¶ Sꝫ tamen quid agimus: ꝙ ī hoc corpore peccati et in tempore malo nō possumus esse sine pcō: Nunquid desperabimꝰ: Absit· Si dixerimus ait beatus iohannes quia peccatum non habemus· nosipsos seducimꝰ: ⁊ veritas in nobis non est· Si autem confessi fuerimus peccata nostra: fidelis est deus qui dimittit nobis peccata nostra: et emūdet nos ab oī iniqtate ¶ Nam vt de remissione cotidianorum minime dubitemus: habemus eius sacramentum pedum ablutionem· Querꝭ forte vnde sciam ꝙ sacramentum huius sit remissionis: maxime cū ipse dominus promiserit petro dicens· Quod ego facio tu nescis modo· scies autem postea: nichil tū de sacramēto locutꝰ est: sed tātum exemplum inquit dedi vobis· vt ⁊ vos ita faciatis Verum multa habebat illis dicere: sed tunc portare non poterant· Itaqꝫ nec ex toto voluit eos anxios ⁊ suspectos relinquere: nec dicere qđ tūc non caperent ¶ Vis āt nosse quia pro ſacramento illud eſt · non pro ſolo exemplo factum : Illud attende qd̄ petro dictum eſt Si non lauero te : non habebis partem mecum · Aliquit latet qd̄ neceſſarium eſt ad ſalutem : quādo ſine eo nec ipſe petrꝰ partem haberet in regno xpriſti et dei · Vide enim ſi non expauit petrus ad tantum cōminationis terrificum verbum : ſi non agnouit ſalutare eſſe miſterium : cum reſpondit Domine non tantum pedes meos : ſed et manus et caput · //

Et vnde ſcimus q̄ ad diluenda peccata que non ſūt ad mortem · et quibus plene carere non poſſumus ante mortem ablutio iſta pertineat · Ex eo plane q̄ offerenti manus et caput pariter ad lauandum reſponſum eſt : qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet · Lotus eſt qui grauia peccata non habet : cuius caput id eſt intentio · et manus id eſt operatio ⁊ conuerſatio munda eſt : ſed pedes qui ſunt affectiones anime dum in hoc puluere gradimur ex toto mundi eſſe non poſſunt : quin aliquando vanitati aut curioſitati pluſq̄ oportet cedat animus vel ad horam In multis enim offendimꝰ omnes · Verumptamen nemo contempnat aut peruipendat : impoſſibile eſt enim cum eis ſaluari : impoſſibile eſt ea dilui niſi per xpriſtum et a xpriſto · Nemo inquam pernicioſa ſecuritate dormitet · declinans in verba malicie ad excuſandas excuſationes in peccatis : quoniam vt audiuit petrus ab ipſo : niſi lauerit ea xpriſtus nec habebimus partem cum eo Nec ideo tamen pro eis neceſſe eſt nimis eſſe ſollicitos : ignoſcet facile ymmo et libenter : ſi modo nos agnoſcamus · In huiuſmodi namq̄ quaſi ineuitabilibus ⁊ negligentia culpabilis eſt : et timor īmoderatus Hinc eſt q̄ in oratione quā ipſe inſtituit · cotidie pro peccatis illis voluit nos orare ¶ Sicut enī de concupiſcentia diximus · q̄ licet dampnationem abſtulerit · quia iuxta aplm̄ · nulla dāpnatio ē hijs qui ſūt in xp̄o iheſu : tamen ad humiliādos nos ipſam adhuc patitur viuere in nobis · et grauit̄ affligere nos vt ſentiamꝰ quid nobis gratia preſtet · et ſemper ad illius auxilium recurramus : ſic ⁊ de minoribus iſtis peccatis pia nobiſcum diſpenſatione agitur vt non penitus auferātur · ſed in illis nos deus erudiat · et cum minima cauere nō poſſumꝰ · certi ſimus q̄ non noſtris viribꝰ maiora ſuperemus : ſemperq̄ timorati · et omnino ſolliciti ſimus · quomodo eius gratiam non amittamus : quā nobis multipliciter neceſſariam eſſe ſentimus

¶ Sermo de quinq̄ precipuis diebus ·

Cum vniuerſa fecerit deus in pondere et numero et menſura : ſpecialius tamen ea tempora q̄bus in terris viſus eſt et cum hominibus conuerſatus eſt · quecunq̄ in eis operatus · locutus · aut paſſus eſt ita diſpoſuit · vt ne minimū quidem momentum · nec vnum iota a sacramento vacauit aut preterierit sine misterio · Euidentius tamen quatuor proximos dies · et ipsum quem hodie colimus illustrauit ; diem processionis · diem refectionis · sue passionis · requietionis sue · resurrectionis sue · Notabiles admodum dies ; ⁊ inter ceteros insignes magis · // ¶ Prima siquidem die gloriam suscipere dignatus est humanam ; et cum ingenti quodam tripudio et exultatione vniuerse terre iherosolimam nō proprijs vt hactenus consueuerat pedibus sed iumento vectus intrare · Et hec quidem ad passionem preparatio fuit ; excitata hinc maxime inuidia sacerdotum · Dane venturas aliquando turbas vt raperent eum ⁊ regem facerent ; fugiens legitur declinasse · Nūc vero et non quesitus affuit · vt tanq̄ rex israhel susciperetur et predicaretur ab eis ; quinetiam in hec ipā preconia eorum quod dubium non est animos excitauit · ¶

Hic nimirum et de passione aduertere est · Exijt quandoq̄ et abscōdit se a iudeis ; nec volebat iam ambulare in iudeam palam ; quia querebant eum iudei interficere · Sciens autem ꝙ venerat hora eius ; tanq̄ potestatem habens spontaneus ipse se obtulit passioni · Decebat nēpe pontificem nostrum temptari per omnia pro similitudine absq̄ peccato ; vt tanq̄ verus homo / et prospera hominum et aduersa oportune vitaret · oportune susciperet ; et vtrarumq̄ rerum in seipso nobis salutare preberet exemplum · Vt enim temperantie est · preconia populi et seculi huius prospera declinare ; sic interdum iusticie est · certa quidem dispensatione admittere ea · Persecutio quoq̄ et temporalis omnis aduersitas pro loco et tempore prudenter aliquando fugienda erat ; cum autem necesse fuerit viriliter toleranda · Et in hijs quidem duobus (prosperitatem et aduersitatem loquor) humana omnis vita versatur · Nichilominus tamen in quatuor illis nouissimis vtiq̄ virtutum speciebus virtus vniuersa consistit · Ita ergo omnem virtutem implere decuit eum / in quo plenius inhabitabat omnis plenitudo virtutū ; vt notum fieret omnibus · q̄ maxime is sciret habundare scilicet et penuriam pati · Non enim sapientia dei de hijs erat quos occidere posset prosperitas sua ; nō dei virtus de hijs quos perdere posset aduersio · Vtrumq̄ enim scriptum est ; ꝙ prosperitas non tamen omnium sed stultorum occidat eos ; ⁊ aduersio non vtiq̄ quorumlibet ; sed paruulorum perdat eos · /// ¶ Q̃ modeste tamen hanc ipsam videtur gloriam suscepisse · ad triumphalem occursum in azino veniens ; non in curribus aut in equis · Et dicebat Si quis vobis aliquid dixerit ; dicite quia dominus hijs opus habet · Magnum opus ; opus salutis · Nempe homines et iumenta saluos facere venerat ; multiplicans misericordiam suam deus · Inicia nostre conuerſionis fouet iſta dignatio: vt primū ex ācilla filiū generemꝰ. Solutus eſt ad mādatū dn̄i qui antea vinctꝰ tenebat᷑. aut nō valēs aut nolēs facere bn̄: aut vtroqȝ forciꝰ vinculo alligatꝰ nec volens ſcȝ nec valēs. Nō nouit interī puruus in dn̄o gratulari: ꝑſuaſū tenet placere illi qd̓ agit: et cōſolatur in eo ꝙ ſibi eū quodāmodo ſeſe facere reputet debitorem. Nam proceſſu tēporis in eo magis afficiet᷑. vt ſuo ſollicitetur debito: et timeat ne ei forte tantis beneficijs inueniatur ĩgratus dicens. quia ſeruus inutilis ſum: et bonorū meorū nō eges. At hec quidē verax affectio ⁊ fidelis: hic filiꝰ libere: cū quo ancille filiꝰ heres eſſe nō poſſit Ita ergo in proceſſione // Ceterum ãte paſſionē affectuoſiſſimꝰ paterfamilias refectionē ſuis curauit domeſticis exhibere Et ĩ hoc quoqȝ apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris. Cū dilexiſſꝫ ſuos. in finē dilexit eos ⁊ dicebat. Deſiderio deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcum: anteꝗ̄ paciar Oportebat enī. Expetierat enī ſathanas vt cribraret ſicut triticū: opꝰ erat ꝓuenire refectionē Deniqȝ ⁊ ſi refecti paulominus defecerūt: quid ieiuni feciſſēt? Hinc fuit ꝙ nō modo corpa: ſꝫ etiā corda eaqȝ ꝗ̄ maxime refecit. Neqȝ enim corporalis paſſio ſed tēptatio ſpiritalis iſtabat: ꝙ ſingulariter ille futurus eſſꝫ donec trāſiret. Ea nimirū hoſtia ſicut ſola ꝓdeſſe potuit. ſic ſola ſuffecit: nec decuit xp̄iſtū ſimul ⁊ petrū. aut iacobū vel iohannem pro ſalute hoīm pati Crucifixi tamen cum eo fuere alij duo ſꝫ duo nequā: de ꝗ̄bꝰ nulla ꝓrſus ſuſpicio poſſꝫ haberi: tꝗ̄ ex eis minꝰ efficax ſacrificiū ſuppleretur // Quibꝰ ergo panibꝰ ĩ cena refecit apoſtolos? Vt ego arbitror quinqȝ. Meus inquit cibus eſt: vt faciā voluntatem patris Cibus vtiqȝ: ſꝫ cibus cordis Quid enim eque cōfirmat ⁊ corroborat cor humanū. aut ita in omni neceſſitate confortat ⁊ ſuſtentat: vt diuine executio volūtatis velut in quendā anime ventrem conſcientie ſcilicet ingeſta? Hic ⁊ ſermonē diuine exhortationis. ⁊ promiſſionum eius cōſolationem. et orantiū lacrimas panes cordis eſſe ſolus ille ignorat: cꝰ iam aruit cor pro eo ꝙ ſuipſiꝰ panem comedere ſit oblitus. Super ōnia autem caro domini verus eſt cibus: ⁊ cibus vite. panis de celo viuus. Nullum ex hijs ĩ hac tam ſolēpni cena domini defuiſſe reperies: ſi diligenter aduertas Recūbentibus adhuc diſcipulis ſurgit a cena: precingitur lintheo: aquam ponit in peluim: diſcipulorū pedes abluit et extergit. Nō eſt voluntas carnis ⁊ ſanguinis hec: voluntas patris eſt ⁊ ſanctificatio noſtra. Deniqȝ ſi non lauero te ait dominus ad petrum obnixius recuſantem: non habebis partem mecum. Dámꝰ autem quis dixit eum qui venit ad me nō eiciam foras: quia deſcendi de celo non vt faciā voluntatem meā: ſꝫ volūtatē eiꝰ qui miſit me Oportune aūt ⁊ vtiqȝ more ſuo poſt exemplū opationis. exhortationis ſermonem adiūxit. Inter loquendū quoq; nā copioſiſſimꝰ extitit ſermo: multis eos ꝓmiſſionibꝰ ꝓpter inſtantem maxime paſſionem in refouere ⁊ refocillare curauit: de reſurrectiōe ſua. de aduētu paraclīti. de eoꝝ ꝯfirmatiōe. et de aſſūptione aliqū ad ſeipm̄. ¶ Nec multū poſt ventū eſt ad orōnem: ⁊ vſq; tercio factꝰ in agonia orabat. Ubi quidē non ſolis oculis. ſ; quaſi mēbris oībꝰ fleuiſſe videtur. vt totum corpꝰ eiꝰ quod eſt eccleſia totiꝰ corporis lacrimis purgaretur. Nā de ſacramēto quidē corporis ⁊ ſanguinis ſui. nemo qui neſciat hāc quoq; tātam et tā ſingularem alimoniam ea p̄mū die exhibitam: ea die ꝯmēdatam ⁊ mādatā deinceps frequentari. ¶ Ex hoc iā dies ſeq̄tur paſſionis: in qua nimirū ſicut totū hominem ſaluū fecit. ſic de toto ſe fecit hoſtiā ſalutarem: corpꝰ exponens tantis ſupplicijs et iniurijs: animū vero gemine cuiuſdā humaniſſime cōpaſſionis affectui. Hinc quidem ſuper merore inconſolabili ſanctarū feiaꝝ: inde ſuper deſperatione ⁊ diſperſione diſcipuloꝝ. In hijs quatuor crux dn̄ica fuit: ⁊ hec oīa ꝓpter nos paſſus eſt: qui tanta caritate cōpaſſus eſt nobis. Uerumptamen que de eo ipſo erant finem habuere: ſicut ipſe lamētantibꝰ mulieribꝰ ait Finem vtiq; celerrimū et celeberrimū: primo quidē requiem: deīn reſurrectionē. Nos quoq; ſi feſtinamꝰ in illam ingredi requiem: ꝑ multas tribulationes nobis meminerimꝰ tranſeūdū. Et prius quidē donec ſumus in tribulatione magnū nobis videtur aſpirare ad requiem: tanq̄ nichil ſimꝰ āplius deſideraturi. Verū nō erit nobis requies ne in req̄e quidem ipſa a deſiderio glorie: a deſiderio reſurrectionis. Amodo inquit dicit ſpūs: vt requieſcant a laboribus ſuis. A labore ergo requieſcūt qui in domino moriuntur: ſed non requieſcunt interim a clamore. Deniq; ſub throno dei clamant anime occiſorum: quod et ſi nichil habeant quod moleſtet. nondū tamē totum habent quod delectet: donec requiem reſurrectio donet. donec ſabbatum paſcha ſequatur

¶ Expliciunt ſermones beati bernardi abbatꝭ clareuallenſis de parte hyemali tam de tempe q̄ de ſanctis.